7.E.10.

PROPERTY OF THE
PUBLIC LIBRARY OF THE
CITY OF BOSTON,
DEPOSITED IN THE
BOSTON MEDICAL LIBRARY.

SHELF N° 5729.56

GIVEN BY

The Mass. Medical Soc.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Open Knowledge Commons and Harvard Medical School

http://www.archive.org/details/demonstratiomedi00cope

De ortu et occasu planetarum	~~planetarum~~ Mensium tempus his correspondens.
A Vergiliarum occasu ad hyemale Solsticium IL ... ad ev	A die XII° Nov^bris^ ad decembris finem
Ab hyemale Solstitio ad vernale Aequinoctium dies LXXXIV.	a 1° januarii. ad martis ~~[illegible]~~
A Vernali ~~Ab hyemale~~ Aequinoctio ad Vergiliarum ortum, dies IL ad ev	A Martis die XXV ad Maii XIIJ
A vergil exortu ad estiv. solstic. dies XLIJ. d ev	a Maii XIIJ ad junii XXIV.
Ab estivo Solstic. ad equinoct autumnale dies XCIII d ev	a junii XXIV ad Sept^br.^ XXV.
Ab autumnali Aequinoctio ad Vergil occasum dies IIL ~~XCIII~~. d e.	a Septembr. XXV. ad Novem^bris^ XIJ

De hac divisione vide Hippocr. de hominis structura



HENRICUS COPE M.D.
et Medicus Regius ad Statum in Hibernia.

DEMONSTRATIO

Medico - Practica

Prognoſticorum *Hippocratis*,

EA CONFERENDO

Cum Ægrotorum Hiſtoriis in Libro Primo & Tertio Epidemiorum deſcriptis.

Ab HENRICO COPE,

Medico Regio ad Statum in *Hibernia*.

E tenebris tantis tam clarum extollere lumen
Qui primus potuiſti, Illuſtrans Commoda vitæ:
Te ſequor, ô Graiæ gentis decus, inque tuis nunc
Fixa pedum pono preſſis veſtigia ſignis.
——— *Propter amorem,*
Quod te imitari aveo. ——— LUCRET.

Typis Academiæ DUBLINIENSIS,

Sumptibus J. SMITH & G. BRUCE, in Vico vulgò dicto *Blind-key*, MDCCXXXVI.

134,689

The Mass Med Soci[ety]
Dec 2/1873

5729.56

NOBILISSIMO PRINCIPI

LEONELLO,

DORSETIÆ Duci,

HIBERNIÆ Proregi,

SALUTEM.

AB omni ævo ſcientiarum ſtudioſis ſolenne fuit, labores ſuos viris doctrinâ, virtute, aut nobilitate claris conſecrare; paucis verò admodùm ea, quæ mea nunc eſt, felici-

tas obtigit, omnibus his inſtructum Patronum invenire. Te Juvenem dulcè occupârunt Muſæ; Te Virum facundiâ, morum ſuavitate, & imperandi dotibus egregiè decorârunt: Et ni vanum auguror, non inter minimas tuas laudes olim recenſebitur, quod, Tuis non minùs conſiliis quàm auſpiciis, literarum nimiùm diu langueſcens amor reſuſcitari tandem inceperat:----Conſervatæ libertatis, & bene geſtæ Reipublicæ indicium haud fallax.

Ad excitandum ſtudiorum ardorem quid pulchrius nobis exoptandum fuit, quàm ut illuſtris *Hiberniæ* Prorex, in *Britanniam*, Patriam ſuam, & celebrem Muſarum ſedem, reditum meditans, Filium Suum dilectiſſimum doctrinâ & bonis artibus Academiæ noſtræ inſtituendum relinqueret! Id ſolum reſtabat in votis (quod & jam effectum vidimus)

mus) ut Patri Filius numeris omnibus abſolutus reſtitueretur. Hoc Tu honore illam dignatus es, præmium hoc gratiſſimum illa Tibi rependit.

Tua autem, Princeps inclyte, in me collata beneficia nec ſum ſolvendo, nec ut ſim optare quidem fas eſt; ea enim eſt medicorum conditio, ut vix niſi miſeris uſui ſint. Gratum autem habere animum, & ſummos tam in Republica, quàm in ſcientia viros venerari, unumquemque fere penes eſt, & mihi antiquum fuit. *Hippocratem* ergo medicorum principem, quem ſemper colui, in clientelam confero Viri Principis, quem ſemper colam. Ille me medicum fecit, Tu me ad ſupremos in hac Inſula medicinæ honores evexiſti. Nollem eſſe medicus, niſi *Hippocraticus*: Nec cordi magis eſt *Archiatri* Titulus, quàm quòd Tu, Tantus Vir, eum mihi ſis honorem largitus.

Sicut mihi hactenus, ſic nunc medicinæ Parenti præſidium & decus afferas, ſupplex oro. Ita Tibi & Progeniei tuæ periclitantibus præſidio ſit ſapientia medica, vel potiùs (quod faxit Numen) à morbis immunes vitam longam, Patriæ caram, & omni felicitate cumulatam agatis. Hæc vovet ex animo

TUI,

Gentiſque tuæ prænobilis,

Cultor Obſervantiſſimus,

Datum *Dublinii*,
Decemb. 5. 1735.

Henricus Cope.

PRÆFATIO.

CUM multis abhinc annis praxi medicæ me primùm accingerem, videremque quàm parùm ad promovendam hominum ſalutem cujuſcunque tandem generis hypotheſes inſervirent, concilium ſæpiùs olim à clariſſimo Boerhaavio *auditoribus ſuis impreſſum (ſub quo magiſtro medicinæ rudimenta didiciſſe mihi nunquam non gratulabor) perſequi ſtatuebam; ſcilicet ut antiquos fontes accederem, veterumque monumenta pervolverem,* Hippocrati *verò, &* Galeno *interpreti, potiſſimùm inhærerem.*

Quantam inde voluptatem exhauſi, haud facilè dixerim; utilitatis verò ſi quid, vel in medendo felicitatis, aliorum ſit judicium. Hoc autem certò ſcio, ſicubi in præſagiendo deliqui, id ingenii mei, non doctrinæ Hippocraticæ, tenuitati adſcribendum eſſe. Nam vix quidem memini improviſum morbi exitum accidîſſe, quin, cùm rem ſeriùs mecum penſitarem & Hippocratem *conſulerem, eveniſſe id ex præceptis perperam intellectis, vel quod memoria excidiſſent, deprehenderim.*

Cum verò nec exigui laboris, nec degeneris animi inceptum ſit ſtudium Hippocraticum; quonam

argumento

argumento allicerentur homines auream hancce medicinæ fodinam experiri, diu hæſitabam; non enim me multùm profuturum ſentiebam, ſi, cum doctiſſimis ubique ferè gentium medicis, ditiſſimam eſſe conclamarem. Hoc enim ſecula elapſa abundè ſatis prædicârunt; quàm pauci verò ex recentioribus medicis, illis confiſi, periculum fecerunt, ſpreta jam ſapientia Coaca miſerè teſtatur. Hujus calamitatis cauſa proculdubio primaria, ſocordia eſt: Hippocrates *artem longam, medici hypothetici breviſſimam eſſe pollicentur; hâc ſpe lactati juvenes ſpecus hypotheticum ingrediuntur, nec, priùs quàm ad praxin accedunt, ſe in tenebris verſatos fuiſſe ſentiunt. At revocare gradum---hic labor---ita enim plerumque comparatum eſt humanum ingenium, ut malimus in tenebris aſſuetis cæcutire, quàm per ardua ad ſuperas auras lucemque evadere. Alia quoque, nugaciſſima licèt, veterum medicorum contemptûs cauſa reperiatur, quorundam ſcilicet neotericorum petulantia, vel malignitas, dixerim? Suæ nempe famæ optimè conſulere ſe exiſtimant, ſi illis labem intulerint, nec* Hippocratem *ergo medicum, nec philoſophum agnoſcunt* Ariſtotelem; *tyrones utique argutiis quibuſdam futilibus deludentes, quas verè doctos tædet pudetque refellere.*

Horum gratiâ præſens tentamen typis mandatur. Novas inveniant artes alii, quibus --- Ex meliore luto Titan *præcordia finxit. Exiſtimationi meæ ſatis ſuperque factum fuerit, ſi antiquas, ſed jam penè amiſſas, ad medicinam ſemitas aperiam & expurgem, cultos & frugiferos Aſclepiadum campos (ubi meſſis verè medica unicè colligenda eſt) è longinquo oſtendens.*

Votis

Votis meis quæ reſpondeat nullam efficaciorem viam excogitavi, quàm ut demonſtrem veritatem obſervationum Hippocraticarum, illarum nempe ope, acutorum morborum magnitudinem, periculum, durationem, mutationes, & exitum prævideri, hoc eſt, naturam horum morborum penitiùs cognoſci, poſſe. In explicanda ratione harum obſervationum multi clariſſimi medici ſæpe deſudârunt; opinionum verò diverſitas, & hinc ortæ lites, obſcuritatem potiùs quàm lucem doctrinæ Hippocraticæ intulerunt. Huic malo non melius obviam iri putabam, quàm comparando has obſervationes cum morbis ipſis & ſymptomatis quæ in ægrotis occurrunt; hiſce etenim ſi quadrent, tum veriſſimæ exiſtimandæ ſunt, licèt rationem eventuum ignoremus.

Sed in hoc tentamine perſequendo, difficultates non leves ſuboriuntur. Nempe qui Hippocratem *averſantur, noſtras morborum tum obſervationes, tum hiſtorias ſuſpectas habebunt, quaſi, jurati in verba magiſtri, ficta pro veris protuliſſemus. Quid ergo agendum? Hiſtoriæ enim ægrotantium à recentioribus traditæ, vel ut hypotheſi cuidam & methodo medendi inde deducendæ faveant, vel ut ſpecifici alicujus medicamenti virtutem illuſtrent, vel ut rarum quid, aut inauditum, propaletur, unicè concinnari videntur. Quibus ad ſcopum unicum collimantibus dogmata univerſalia nequaquam adaptanda ſunt. Hiſce autem ex anguſtiis optimè nos expedivit* Hippocrates *ipſe, qui quadraginta duas acutè ægrotantium hiſtorias accuratiſſimè delineavit, ſymptomata quotidiana diligenter notavit, morbique exitum (quamvis ex quadraginta duobus, viginti quinque mortui ſint) fideliter patefacere non erubuit. Obſer-*

 vationum

vationum igitur lapides Lydii ſint ipſi morbi, horumque ſuffragiis de doctrinæ Hippocraticæ dignitate & utilitate decernatur.

Prognoſticorum autem veritatem non magni facerem, ſi ad prædicendos morborum exitus felices aut infelices unicè valerent; hoc enim medici famæ, rebus autem ægrotantis minimè prodeſſet. Sed longè aliter ſe res habet. Hiſce enim docemur ſcopulos in praxi evitare, & navem periclitantem in portum tutò dirigere. V. g. Si ſigna coctionis in urinis quarto die apparentia criſin die ſeptimo præſagiunt, tum, licèt febris die quinto increverit, ſexto delirium aut convulſiones occupaverint, prudens tamen medicus nec ſanguinem adimi, nec veſicatoria laniantia imponi præcipiet, né naturam, de opere ſuo ſolicitam, temerè interpellet aut diſtrahat; ſed tum ſolum artis præſtantiam experietur, cum ex prægreſſis ſignis infauſtum morbi exitum ſuſpicatur. Si pariter in principio febris diuturnum fore morbum proviſum fuerit, tum non venæ ſectione aliiſque evacuationibus largis, aut repetitis, medicus ægrotum debilitabit; ſed omni ope conabitur ægroti vires, quò morbo debellando pares ſint, conſervare. Sin autem brevem & periculoſum fore morbum proſpexerit, tum forſan largis evacuationibus, & aliis remediis idoneis, impetum morbi coercebit, ne vitæ viribus ſuperior evadat. Hiſce & hujuſmodi vel ignotis vel ſpretis obſervationibus, quæ ex penu Hippocratico unicè depromendæ ſunt, medicina, in ſolamen miſerorum divinitus inſtituta, in perniciem ægrorum pervertitur.

Si quis mihi lites moveat, aſſeratque phænomena, quæ in hiſce ægrotis præſagiendi anſam præbuerunt, non fore in ejuſdem generis morbis ſig-

na perpetua ejuſdem exitûs, ideoque in noſtrarum regionum morbis acutis obſervationes Hippocraticas nullius ferè momenti eſſe; huic paucis reſponſum ſit. Imprimis ipſe Cous *teſtatur, quòd hæc, quæ tradidit, ſigna vera comperiantur & in* Lybia, *&* Delo, *&* Scythia, *i. e. in regionibus calidis, temperatis, & frigidis, ergo in omnibus. Ejuſdem fuerunt ſententiæ, ſi non omnes, optimi ſaltem ubique medici; inter quos non infimum locum tenet doctiſſimus & jam plurimùm deſideratus* Johannes Freind, *qui de* Sydenhamo *ſermonem habens ait, quòd, utcunque ſive loci poſitione, ſive conſtitutione aëris, ab* Anglia *longiſſimè diſcrepet* Thaſos, *inter febres tamen & ab illo* (*viz.* Sydenhamo) *& ab* Hippocrate *adumbratas minimùm interſit diſcriminis. Si qui verò ſint qui præ ſuo ingenio autoritatem ſummorum licèt virorum nihili faciant, hos moneo, ut* Hippocratem *legant, ejuſque præſagia cum ſymptomatis & phænomenis febrium noſtratium conferant; tum demum, ſi vanum vel falſum invenerint, rejiciant; ſin autem divina plenum ſapientia repererint, parentem foveant, & debitas pro acceptis beneficiis laudes tribuant.*

Utinam & nimis quidem vellem, hoc quodcunque eſt oneris, æquipares humeri ſuſcepiſſent; meorum imbecillitatem agnoſco, & doleo. Sed quod meis viribus & otio fieri potuit, feci; in hâc arenâ multum & laboris & laudis aliis ſubeundum & acquirendum remanet. Monſtratam ingrediantur viam; hâc enim, & hâc ſolâ, ad veram praxin medici perducuntur.

In hoc opere perficiendo, duplici ſum involutus diſcrimine. Primo, quòd in omnibus ferè ægrotorum hiſtoriis nonnulla quotidie prætermiſſa ſunt

ſymptomata, quæ ſi enarrata fuiſſent, prognoſtica multò magis perſpicua reddidiſſent; altero, quòd ad omnem cavillationem evitandam, ipſis ſolummodo Hippocratis *verbis uti decreverim; quorum vis & propoſitum non illico forſan lectoribus ubique patebunt.* Hippocrates *enim (ut olim notavit laudatus* Johannes Freind) *ſcripſit ut artifex artificibus, brevi quidem ſubtilique dicendi genere uſus, ſed expolito & intelligentibus noto. Si verò concluſionibus a doctrinâ Hippocraticâ legitimè deducendis uti licuiſſet, præſagiorum veritas, luce clarius, nec jucundè minus, cerneretur.*

In iis quæ ad textum Hippocraticum ſpectant, editionem Vanderlindeni *ſequor, niſi ubi errores typographici vel mala verſio menti* Hippocratis *planè adverſantur. Quamvis enim hæc editio minùs accurata ſit, cæteris tamen anteferre viſum eſt, quoniam citata facilè inveniuntur, & editoris induſtriâ paginæ earumque ſectiones in* Foeſii, Zuingeri, & Frobenii *editionibus indigitantur; ita ut minimo labore conſuli, & ſibi invicem conferri queant.*

Liceat, benevole Lector, epiſtolam unam vel alteram à celeberrimo Batavorum *medico, de tentamine noſtro ad excitandum ſtudium Hippocraticum, mihi conſcriptam; ut & aliam, nec mihi minùs gratam, ab erudito in hâc urbe medico, qui ſcriptis philoſophicis de medicinâ plurimùm meruit, & meriturus eſt, hic loci inſerere. Primæ partem poſteriorem ſolam tibi ſiſto, altera enim ad aliud ſpectat.*

Claro,

Claro, *nobiliq;* *Viro*, Henrico Copeo, *Medico*,
H. BOERHAAVE.

‘ ACcepi gratas, quas ad me dediſti literas *Martii* tertio * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *
Commmentarios tuos in *Hippocratica* doctos & laborioſos, magnâ cum voluptate relegi, atque meo quidem bono. Credo & artis ſtudioſis profore doctrinâ, & exemplo. Expecto, quid iis factum velis: Ubi intellexero, parebo. Vale, Vir egregie, & me tuo utere.

Leydæ, 17 $\frac{3}{6}$ 35.

Poſt menſes aliquot opuſculum ipſum accepi, unà cum epiſtolâ ſequenti, quâ me honeſtare dignatus eſt.

Claro, *nobiliq;* *Viro*, Henrico Copeo, *Medico*,
H. BOERHAAVE.

‘ ACcepi literas, quas ad me dediſti *Octobris* tertio anni proximi elapſi, unà cum ſcripto de medicis rebus addito. Poſtulâſſet officii ratio, ociùs reſpondiſſem. Sed temporis mihi relicti penuria, negotiorum vix differendorum multitudo ſæpe ingratiſſima, prohibuere multa conaturum. Verùm & evolvendum erat prius, quàm reſcriberem volumen. Eo autem viſo, fui ſanè gaviſus, quòd veram viam ingrediaris, quâ itur à medico in ſalutem ægri. Deus, creando cor-

‘ pus

‘ pus hominis, inſtruxit, id bene natum fa-
‘ cultatibus, quæ valeant illud inſtaurare, &
‘ in ſanitate conſervare, redigendo aërem, ci-
‘ bum, potum, ex naturâ ſuâ in noſtram. Sed
‘ & illud inſtruxit viribus, quibus peregrina
‘ morboſa ſubigere, atque à ſe expellere, per
‘ loca idonea poſſet. Medicus tanti negotii
‘ ſapiens contemplator, inde tantum, inde uni-
‘ cè, diſcere poteſt, an ipſe debeat agere, quid
‘ efficere, & per quæ? Ut hæc naturæ ſolius
‘ molimina ritè perſpecta, juvet, regat, mu-
‘ tet. Ut huic ſuccurrat, apponendo neceſſa-
‘ ria, ut obſtantia removeat, permittat natu-
‘ ræ cætera. Quum pari ſapientiâ atque for-
‘ tunâ id egeris, demereberis medicos, edendo
‘ opus magno labore, & doctrinâ paratum.
‘ Quare vel meo id periculo, in bonum com-
‘ mune evulges, auctor tibi ſum. Vale, &
‘ ſaluti gentis humanæ diu, felix adſis.

Leydæ, 17 $\frac{4}{7}$ 35.

Vir Doctissime,

‘ QUOD *Demonſtrationem doctrinæ Hippo-*
‘ *craticæ medico-practicam*, tam diu apud
‘ te reconditam, jam tandem exoratus publici
‘ juris facias, admodùm lætor. Pertinet enim
‘ ad famam laudemque morum tuorum, ut non
‘ ſolùm ipſe feliciter medendo, verùm etiam
‘ aliis feliciter medicaturis viam ineundam
‘ monſtrando, bono te publico conſulere oſten-
‘ das. Optaſſem ſanè, ut hiſtorias quoque mor-
‘ borum noſtratium, in praxi tuâ (magnâ in-
‘ duſtriâ) collectas, iu lucem ſimul edidiſſes.

‘ Sic

'Sic enim obſervationibus Hippocraticis fides,
'etiamſi non certior, cumulatior tamen ac-
'ceſſiſſet. Spero nihilominus quod eas etiam,
'amicorum precibus cedere doctus, aliquando
'ſis in commune emolumentum evulgaturus.

'Ingenium Hippocraticum medicinam non
'fictis hypotheſibus, ſed obſervationibus accu-
'ratè factis, excolendam eſſe viderat. Proindè
'hiſtorias morborum veras contexuit. Pluri-
'mas eorum cauſas evidentes luculenter aſſig-
'navit. Prognoſtica quæ ad valetudinem pro-
'ſperam vel adverſam, ſalutem vel mortem
'ſpectant, eâ diligentiâ & fide tradidit, ut
'ipſi etiam medici qui poſteà in curationibus
'mutârint, eum tamen optimè præſagiſſe
'fateantur. Et quo præſagiorum iſtorum
'uſus quam latiſſimè patere conſtaret, ea
'ubique terrarum vera comperiri admo-
'nuit. Cui quidem affirmationi cum ip-
'ſa rei ratio tum experientia aſtipulantur.
'Nam cùm cauſæ morborum potiſſimæ ſint
'mutationes qualitatum aëris ſenſilium, calo-
'ris nempe & frigoris, humiditatis, ſiccitatis,
'& ſimilium, omnino neceſſe eſt, ut ſimilares
'harum qualitatum mutationes morbos ſimila-
'res, ſymptomataque ſimilarem eventum ha-
'bitura, in omnibus regionibus inducant. Ex.
'gr. Quamvis inter aëris *Græciæ* & *Britanniæ*
'temperamentum nonnihil ſit diſcriminis, ſi
'tamen in *Græciâ* magna aëris mutatio, à ca-
'lore ad frigus facta, pleuritides, anginas,
'aliaſque febres generis inflammatorii pariat;
'fieri nequit, quin proportionalis mutatio aë-
'ris, à calore ad frigus in *Britanniâ* quoque
'facta, prædictos ibidem morbos etiam pariat,
'habitâ utique ratione cæterarum quoque aëris
'qua-

‘ qualitatum quæ utrobique obtineant. Nam
‘ hujuſmodi aëris mutatio non certiùs in *Græ-*
‘ *ciâ* quàm in *Britanniâ* fibras corporis firma-
‘ bit, vaſa contrahet, ſanguinem addenſabit,
‘ eique tenacitatem conciliabit, unde in vaſis
‘ minutioribus ſtagnare jam aptus inflamma-
‘ tiones facilè producat. Hæc uti rationi con-
‘ ſentanea eſſe viderat, ita experientiâ propriâ
‘ egregiè firmavit vir de re medicâ optimè
‘ meritus *Cliftonus Wintringham.* Ex obſer-
‘ vationibus enim per ſedecim annos factis
‘ compertum habuit, quod ſimilares aëris mu-
‘ tationes morbos in urbe *Eboracenſi* lociſque
‘ vicinis pariant *Græciæ* morbis ſimilares. De-
‘ prehendit etiam eoſdem morbos ſubitaneum
‘ thermometri aſcenſum vel deſcenſum ad gra-
‘ dus proportionales conſecutos fuiſſe, ſeu in
‘ æſtate ſeu hyeme accidebat hæc aëris varia-
‘ tio. Unde meritò colligit, *Quòd neque mor-*
‘ *borum neque ſymptomatum variationes, à gra-*
‘ *du caloris aut frigoris, cuilibet regioni aut anni*
‘ *tempeſtati, peculiari, oriuntur; ſed ad majorem*
‘ *in aëre mutationem, quam quæ cum ſalute Oeco-*
‘ *nomiæ Animalis, præcipuè corporis morboſi, con-*
‘ *ſiſtere poteſt, jure ſunt tribuendæ, quouſque ſal-*
‘ *tem ex calore aut frigore pendent morborum varia-*
‘ *tiones.* Cum itaque doctrina Hippocratica
‘ ſit & veritatis indubitatæ, & uſûs quàm am-
‘ pliſſimi, operam medicinæ ſtudioſis adprimè
‘ utilem navas, quòd eam, nimis jam neglec-
‘ tam, edito opere erudito, reſtituere coneris.
‘ Ut autem candide ab omnibus legatur, &
‘ cum eo legentium fructu qui docto tuo la-
‘ bori reſpondeat, ex animo optat

8bris die 31. 1735. *Tui amantiſſimus,*

BRYANUS ROBINSON.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

HIPPOCRATIS DE MORBIS VULGARIBUS LIBER PRIMUS.

ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

Κατάστασις Πρώτη.

1. ΕΝ Θάσῳ, φθινοπώρου, περὶ ἰσημερίην καὶ ὑπὸ Πληϊάδα, ὕδατα πολλὰ, ξυνεχέα μαλθακὰ, ὡς ἐν νοτίοισι. Χειμὼν νότιος· σμικρὰ πνεύματα βόρεια· αὐχμοί.

SECTIO PRIMA.

Status Primus.

1. IN Thaſo ad autumnum, circiter Æquinoctium & ſub Vergiliarum occaſum, pluviæ multæ, continentes, & leves fuerunt, non ſecus ac ſpirantibus auſtris. Hyems auſtrina, quæ flatus aquilonares parvos, & juſto

αὐχμοί. Τὸ σύνολον εἰς γε χειμῶνα, ὁκοῖον ἦρ γίνεται. Ἦρ δὲ νότιον, ψυχινόν· μικρὰ ὕσματα. Θέρος ὡς τὸ πολὺ ἐπινέφελον· ἀνυδρίαι. Ἐτησίαι, ὀλίγα, σμικρὰ, διεσπασμένως ἔπνευσαν. Γενομένης δὲ τῆς ἀγωγῆς ὅλης ἐπὶ τὰ νότια, καὶ μετ' αὐχμῶν, πρωῒ μὲν τοῦ ἦρος ἐκ τῆς πρόσθεν καταστάσιος ὑπεναντίης καὶ βορείου γενομένης, ὀλίγοισιν ἐγένοντο Καῦσοι· καὶ τουτέοισι πάνυ εὐσταθέες· καὶ ὀλίγοισιν ἡμοῤῥάγεεν· οὐδ' ἀπέθνησκον ἐκ τουτέων. Ἐπάρματα δὲ κατὰ τὰ ὦτα, πολλοῖσιν ἑτερόῤῥοπα· καὶ ἐξ ἀμφοτέρων τοῖσι πλείστοισιν ἀπύροισιν ὀρθοστάδην. Ἔστι δὲ οἷσι
καὶ

majores ſiccitates habuit: atque etiam in totum veri ſimilis fuit. Ver autem auſtrinum, frigidum, parvas habens pluvias. Æſtas ut plurimùm nubila, in quâ ab imbribus ceſſatio fuit. Anniverſarii venti, (qui Eteſiæ dicuntur) parum, tenuiter, disjunctim, ſegregatimque ſpiravere. Exiſtente igitur toto nos ambientis aëris ſtatu auſtrino & ad magnas ſiccitates vergente, ante ver quidem, quòd ſuperior ſtatus ſubcontrarius & aquilonius factus fuerit, paucis febres ardentes contigerunt, eæque valde mites & facillimè conſiſtentes, quæ neque ſanguinis ex naribus profuſionem niſi paucis, neque mortem attulerunt. Multis verò aurium tumores ſubnaſcebantur, qui in alteram partem vergebant, pleriſque etiam in utramque, iiſque febre vacuis & in erectum ſtantibus nec decumbentibus, etſi nonnullis pauliſper incaleſcerent. Omnibus
abſque

καὶ μικρὰ ἐπεθερμαίνοντο· καὶ ἔσβη πᾶσιν ἀσινέως· οὐ δὲ ἐξεπύησεν οὐδενὶ, ὥσπερ τὰ ἐξ ἄλλων προφασίων. Ἦν δὲ ὁ τρόπος αὐτέων, χαῦνα, μεγάλα, κεχυμένα, οὐ μετὰ φλεγμονῆς, ἀνώδυνα, πᾶσιν ἀσήμως ἠφανίσθη. Ἐγένετο δὲ ταῦτα μειρακίοισι, νέοισιν, ἀκμάζουσι· καὶ τούτων τοῖσι περὶ παλαίστρην, καὶ γυμνάσια πλείστοισι· γυναιξὶ δὲ ὀλίγῃσιν ἐγένετο. Πλείστοισι δὲ βῆχες ξηραὶ· βήσσουσι, καὶ οὐδὲν ἀνάγουσι· καὶ φωναὶ βραγχώδεες, οὐ μετὰ πουλύ. Τοῖσι δὲ καὶ μετὰ χρόνον φλεγμοναὶ μετ᾽ ὀδύνης ἐς ὄρχιν ἑτερόῤῥοπαι· τοῖσι δὲ ἐπ᾽ ἀμφοτέρους. Πυρετοὶ, τοῖσι

μὲν,

abſque noxâ extincti ſunt, neque cuiquam, velut ii, qui alias ſui ortûs cauſas habent, ſuppurationem fecerunt. Horum autem ea fuit natura, ut molles & laxi eſſent, magni, diffuſi aut ſparſi, ſine inflammatione & dolore, omnibuſque ſenſim & ſine ullâ ſignificatione evaneſcerent. Fiebant iſta quidem adoleſcentibus, juvenibus, ætate florentibus, atque horum plurimis, qui in palæſtrâ & gymnaſiis exercebantur; mulieribus verò paucis contingebant. Multis tuſſes aridæ & inanes, quibus cùm tuſſi nihil educebatur, nec ita multò pòſt voces rauceſcebant. Quibuſdam verò ex temporis intervallo inflammationes cum dolore in alterum teſtem erumpebant, quibuſdam etiam in utroſque. Alii quidem febribus corripiebantur, nonnulli verò ſine febre perſiſtebant. Atque adeò hæc ipſa plurimis gravia & moleſta fuere. De

μὲν, τοῖσι δ' οὔ· ἐπιπόνως ταῦτα τοῖσι πλείστοισι· τὰ δ' ἄλλα, ὁκόσα κατ' ἰητρεῖον, ἀνόσως διῆγον.

2. Πρωῒ δὲ τοῦ θέρεος ἀρξαμένου, καὶ διὰ θέρεος, καὶ κατὰ χειμῶνα, πολλοὶ τῶν ἤδη πουλὺν χρόνον ὑποφθειρομένων, φθινώδεες κατεκλίθησαν· ἐπεὶ καὶ τοῖσιν ἐνδοιαστῶς ἔχουσι, πολλοῖσιν ἐβεβαίωσε τότε. Ἔστι δ' οἷσιν ἤρξατο πρῶτον, τελέοισιν ἔρρεπεν ἡ φύσις ἐπὶ τὸ φθινῶδες. Ἀπέθανον δὲ πολλοὶ καὶ πλεῖστοι τουτέων· καὶ τῶν κατακλιθέντων οὐκ οἶδ', εἴ τις καὶ μέτριον χρόνον διεγένετο. Ἀπέθνησκον δὲ ὀξυτέρως, ἢ ὡς εἴθισται διάγειν τὰ τοιαῦτα· ὡς τά γε ἄλλα καὶ μακρότερα ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐόντα εὐφόρως ἤνεγκαν, καὶ οὐκ ἀπέθνησκον, περὶ

ὧν

reliquo autem quod ad ea attinet, quæ ad Chirurgiam ſpectant, in his inculpatè habebant.

2. Ante verò æſtatis initium, & per ipſam æſtatem, atque etiam ad hyemem, eorum multi, qui jam longo intervallo conſumpti erant, tabefacti decubuerunt, ſiquidem & multis de tabe in dubium venientibus, ipſa tunc eſt confirmata. Eſt ubi etiam eos, qui naturâ erant ad tabem promptè comparatâ, tum primùm occupavit. Ex his multi atque etiam plurimi interierunt. Atque haud ſcio, ſi quis ex decumbentibus etiam modico tempore ſuperfuit. Celeriùs verò interierunt, quàm talia tranſigi ſoleant, præſertim cùm alios & diuturniores & cum febribus conjunctos pertulerunt, nec interierunt,

ὧν γεγράψεται. Μοῦνον γὰρ καὶ μέγιστον τῶν τότε γενομένων νουσημάτων, τοὺς πολλοὺς τὸ φθινῶδες ἔκτεινεν.

3. Ἦν δὲ τοῖσι πλείστοισιν αὐτέων τὰ παθήματα τοιάδε· φρικώδεες πυρετοὶ, ξυνεχέες, ὀξέες· τὸ μὲν ὅλον οὐ διαλείποντες. Ὁ δὲ τρόπος, ἡμιτριταῖος· τὴν μίην κουφοτέρην, τῇ δ' ἑτέρῃ ἐπιπαροξυνόμενοι· καὶ τὸ ὅλον ἐπὶ τὸ ὀξύτερον ἐπιδιδόντες. Ἱδρῶτες δὲ αἰεὶ, οὐ δι' ὅλου· ψύξις ἀκρέων πολλὴ, καὶ μόλις ἀναθερμαινόμενα. Κοιλίαι ταραχώδεες, χολώδεσιν, ὀλίγοισιν, ἀκρήτοισι, λεπτοῖσι, δακνώδεσι· πυκνὰ ἀνίσταντο. Οὖρα δὲ ἦν λεπτὰ καὶ ἄχροα, καὶ ἄπεπτα, καὶ ὀλίγα, ἢ παχέα ἔχοντα καὶ μικρὴν ὑπόστασιν, οὐ καλῶς καθιστάμενα, ἀλλ' ὠμῇ τινι

rierunt, de quibus paulò pòſt ſcribetur. Solus namque & eorum qui tunc viguerunt maximus Morbus, multos tabes ipſa peremit.

3. Eorum autem plurimis hujuſmodi affectus aderant, febres horroris ſenſu inſignes, aſſiduæ & acutæ, in totum quidem non deſinentes, ſed quæ erant ex ſemitertianarum genere, uno die leviores, altero verò inſuper ingraveſcentes, omninoque vehementiùs increſcentes. Sudores autem perpetui, non tamen per totum corpus diffuſi, extremorum refrigeratio multa, quæ vix quidem incaleſcebant. Alvi conturbatæ bilioſa, pauca, ſincera, tenuia, mordacia egeſſerunt, crebróque aſſurrexerunt. Urinæ tenues, crudæ, decolores atque paucæ, aut craſſitudinem & paucum quod deſideret habentes, neque

τινι καὶ ἀκαίρῳ ὑποστάσει. Ἔβησσον δὲ μικρὰ καὶ πυκνά· πέπονα, κατ' ὀλίγον, μόλις ἀνάγοντες. Οἷσι δὲ τὰ βιαιότατα ξυμπίπτοι, οὐδ' ἐς ὀλίγον πεπασμὸς ἦν, ἀλλὰ διετέλεον ὠμὰ πτύοντες. Φάρυγγες δὲ πλείστοισι τούτων, ἐξ ἀρχῆς καὶ διὰ τέλεος, ἐπώδυνον εἶχον, ἔχοντες ἔρευθος μετ' φλεγμονῆς· ῥεύματα, Σμικρὰ, λεπτὰ, δριμέα· ταχὺ τηκόμενοι, καὶ κακούμενοι· ἀπόσιτοι πάντων γευμάτων διὰ τέλεος, ἄδιψοι· καὶ παράληροι πολλοὶ περὶ θάνατον. Περὶ μὲν τὰ φθινώδεα, ταῦτα.

4. Κατὰ δὲ θέρος ἤδη καὶ φθινόπωρον, πυρετοὶ πολλοὶ, καὶ ξυνεχέες, οὐ βίαιοι· μακρὰ δὲ νοσέουσιν, οὐ δὲ περὶ τὰ ἄλλα δυσφόρως διάγουσιν,

neque probè conſiſtentes, ſed in quibus ea, quæ ſubſidebant, cruda & intempeſtiva erant. Tuſſiendo verò pauca, denſa, concocta rejiciebant, & quæ paulatim, ac non niſi ægrè educerentur. Qui autem violentiſſimè conflictabantur, iis ne parva quidem concoctio adfuit, ſed perpetuò cruda expuebant. Horum etiam plurimis fauces ſtatim & ad extremum uſque rubore & inflammatione affectæ doluerunt, fluxionibuſque parvis, tenuibus & acribus tentati, citò conſumpti, maléque vexati ſunt, perpetuò cibos omnes averſabantur, neque ſiti capiebantur, multique circa mortem delirabant. Atque iſta quidem tabidis contigerunt.

4. Jam verò ad æſtatem & autumnum febres multæ, aſſiduæ, neque violentæ prehendebant, iſtaque diu laborantibus, non his, qui cætera moleſtè

δουσιν, ἐγένοντο. Κοιλίαι ταραχώδεες τοῖσι πλείστοισι πάνυ εὐφόρως, καὶ οὐδὲν ἄξιον λόγου προσέβλαπτον. Οὖρα τε τοῖσι πλείστοισιν, εὔχροα μὲν, καὶ καθαρά· λεπτὰ δὲ, καὶ μετὰ χρόνον, περὶ κρίσιν πεπαινόμενα. Βηχώδεες οὐ λίην, οὐδὲ τὰ βησσόμενα δυσκόλως· οὐδ' ἀπόσιτοι, ἀλλὰ καὶ διδόναι πάνυ ἐνεδέχετο. Τὸ μὲν οὖν ὅλον, ὑπενόσεον οἱ φθινώδεες, οὐ τὸν φθινώδεα τρόπον· πυρετοῖσι φρικώδεσι σμικρὰ ἐφιδροῦντες, ἄλλοτε ἄλλοι ὡς παροξυνόμενοι πεπλανημένως· τὸ μὲν ὅλον, οὐκ ἐκλείποντες· παροξυνόμενοι δὲ, τριταιοφυέα τρόπον. Εκρίνετο δὲ τουτέων, οἷσι τὰ βραχύτατα γένοιτο, περὶ εἰκοστὴν ἡμέρην· τοῖσι δὲ πλείστοισι, περὶ τεσσαρακοστήν· πολλοῖσι δὲ, περὶ ὀγδοηκοστήν· ἔστι δὲ οἷσιν, οὐδ' οὕτως, ἀλλὰ

moleſtè habebant, contigerunt. Alvi plurimis valde placidè conturbatæ ſunt, nihilque effatu dignæ noxæ attulerunt; urinæque plurimis boni quidem coloris & puræ aderant, ſed tenues, & quæ tandem judicationis tempore concoquebantur. Hi non admodum tuſſiculoſi erant, neque ea quæ tuſſi rejiciuntur negotium exhibebant, neque cibum non averſabantur modò, verùm etiam exhibendi illius facilem faciebant copiam. In ſummâ igitur, afficiebantur qui tabeſcebant, non quomodo cæteri tabidi ſolent; ſed febribus cum horroris ſenſu correpti parum inſudabant, interdum alii vagas quodammodo & errabundas acceſſiones habebant, neque in totum febres deſinebant, ſed quæ in ſpeciem tertianarum

ἀλλὰ πεπλανημένως τε καὶ ἀκρίτως ἐξέλιπον. Τουτέων δὲ τοῖσι πλείστοισιν, οὐ πολὺ διαλείποντες χρόνον, ὑπέστρεψαν οἱ πυρετοὶ πάλιν. ἐκ δὲ τῶν ὑποστροφέων ἐν τῇσιν αὐτῇσι περιόδοισιν ἐκρίνοντο. Πολλοὶ δὲ αὐτέων ἀνήγαγον, ὥστε καὶ ὑπὸ χειμῶνα νοσέειν. Ἐκ πάντων δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ, μούνοισι τοῖσι φθινώδεσι θανατώδεα ξυνέπεσεν· ἐπὶ τοῖσι δὲ ἄλλοισι πυρετοῖσιν οὐκ ἐγένοντο.

TMHMA

tertianarum inſultus facerent. Inter eos autem, quibus erant breviſſimi morbi, ii ad vigeſimum diem judicatione ſolvebantur; pleriſque verò ad quadrageſimum, nonnullis etiam ad octogeſimum. Eſt ubi ne ſic quidem, ſed errabundè & nullâ obſervatâ judicatione quibuſdam deſinerent. Horum quoque plurimis, quæ non longo poſt intervallo remiſerant febres reverſiones fecerunt, iiſdemque dierum ambitibus poſt ipſas reverſiones judicabantur, earumque nonnullæ ægros ita produxerunt, ut ſub hyemem affligerentur. Ex his autem omnibus, qui in hâc ſtatûs conditione deſcripti ſunt, ſolis tabidis lethalia contigerunt, in aliis verò febribus nequaquam obvenere.

SECTIO

ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Κατάστασις Δευτέρα.

ſ. ΕΝ Θάσῳ, περὶ τοῦ φθινοπώρου, χειμῶνες οὐ κατὰ καιρὸν· ἀλλ' ἐξαίφνης, ἐν βορείοισι καὶ νοτίοισι πολλοῖσιν, ὑγροὶ καὶ προεκρηγνύμενοι. Ταῦτα δὴ ἐγίνετο τοιαῦτα, μέχρι Πληϊάδος δύσιος, καὶ ὑπὸ Πληϊάδα. Χειμὼν δὲ βόρειος· ὕδατα πολλά, λαῦρα, μεγάλα· χιόνες· μιξαίθρια τὰ πλεῖστα. Ταῦτα δὲ ἐγίνοντο μὲν πάντα, οὐ λίην δὲ ἀκαίρως τὰ τῶν ψυχέων. Ἤδη δὲ μεθ' ἡλίου τροπὰς χειμερινάς, καὶ ἡνίκα Ζέφυρος πνέειν ἄρχεται, ὀπισθοχειμῶνες

SECTIO SECUNDA.

Status Secundus.

ſ. ANTE Autumnum in Thaſo tempeſtates non tempeſtivæ, ſed cum multis auſtris & aquilonibus repentinæ & humidæ prorupere. Taliaque ad Vergiliarum occaſum uſque, & ſub Vergilias ipſas extitere. Hyems autem aquilonia, aquæ multæ, vehementes, magnæ; nives, hiſque intermixta ut plurimùm aëris ſerenitas. Atque iſta omnia contingebant, nec certè admodum inopportuna erant frigora. Jam verò poſt brumale ſolſtitium, eoque tempore quo ſpirare incipit Favonius, extremæ

μῶνες μεγάλοι· βόρεια πολλά· χιὼν, καὶ ὕδατα ξυνεχῶς πολλά· καὶ οὐρανὸς λαιλαπώδης, καὶ ἐπινέφελος· ταῦτα δὲ ξυνέτεινε, καὶ οὐκ ἀνίει μέχρις ἰσημερίης. Ἦρ δὲ ψυχρὸν, βόρειον, ὑδατῶδες, ἐπινέφελον. Θέρος οὐ λίην καυματῶδες ἐγίνετο. Ἐτησίαι ξυνεχέως ἔπνευσαν· ταχὺ δὲ περὶ Ἀρκτοῦρον, ἐν βορείοισι πολλὰ πάλιν ὕδατα. Γενομένου δὲ τοῦ ἔτεος ὅλου ὑγροῦ, καὶ ψυχροῦ, καὶ βορείου, κατὰ χειμῶνα μὲν ὑγιηρῶς εἶχον τὰ πλεῖστα· περὶ δὲ τοῦ ἦρος, πολλοί τινες καὶ οἱ πλεῖστοι διῆγον ἐπινόσως.

6. Ἤρξαντο μὲν οὖν τὸ πρῶτον ὀφθαλμίαι ῥοώδεες, ὀδυνώδεες, ὑγραὶ, ἄπεπτοι· σμικραὶ λημίαι πολλοῖσι

extremæ hyemis frigora magna fuere, aquilones multi, nives & pluviæ continenter multæ, cœlumque cum ventorum turbine nimboſum & nubilum, eaque ipſa non remiſerunt, ſed ſe ad æquinoctium extenderunt. Ver autem frigidum, aquilonium, pluvioſum nubilumque, neque admodum æſtuans æſtas fuit. Venti anniverſarii continenter ſpiravere, ſtatimque ad Arcturum perſſantibus Aquilonibus aquæ admodum multæ. Exiſtente igitur anno toto humido, frigido & aquilonio, ad hyemem quidem ut plurimùm bene valuerunt, ante ver autem plerique omnes moleſtè & graviter vitam traduxerunt.

6. Primùm itaque lippitudines fluentes, cum dolore, humentes & crudæ obortæ ſunt, ſordes in oculis concretæ (quas lemias vocant) parvæ,

πολλοῖσι δυσκόλως ἐῤῥηγνύμεναι, τοῖσι πλείστοισιν ὑπέστρεφον· ἀπέλιπον, ὀψὲ πρὸς τὸ φθινόπωρον. Κατὰ δὲ θέρος ἤδη καὶ τὸ φθινόπωρον, δυσεντεριώδεες, καὶ τεινεσμοὶ, καὶ λειεντεριώδεες, καὶ διάῤῥοιαι χολώδεες, λεπτοῖσι, πολλοῖσιν, ὠμοῖσι, καὶ δακνώδεσιν· ἔστι δ' οἷσι καὶ ὑδατώδεες. Πολλοῖσι δὲ καὶ περίῤῥοιαι μετὰ πόνου χολώδεες, ὑδατώδεες, ξυσματώδεες, πυώδεες, στραγγουριώδεες· οὐ νεφριτικαὶ, ἀλλὰ τούτοισιν ἀντ' ἄλλων ἄλλα. Εμετοι χολώδεες, φλεγματώδεες· καὶ σιτίων ἀπέπτων ἀναγωγαί. Ιδρῶτες· πᾶσι πάντοθεν πουλὺς ὁ πλάδος. Εγίνετο δὲ ταῦτα πουλλοῖσιν, ὀρθοστάδην ἀπυρέτοισι· πολλοῖσι δὲ πυρέτουσι,

parvæ, nec ſine difficultate multis erumpebant, quæ cum plurimis revertiſſent, tandem ad autumnum reliquerunt. Jam verò per æſtatem & autumnum, ex inteſtinorum lævitate & torminibus, continuâque & inani egerendi cupiditate laborârunt, alvique fluidæ, bilioſa, tenuia multa cruda & mordacia, nonnunquam etiam aquoſa dejecerunt. Pleriſque etiam circumflui non ſine dolore humorum affluxus contigere, bilioſi, aquoſi, ſtrigmentoſi, purulenti, & qui urinæ difficultatem facerent, non ex proprio aliquo renum vitio, ſed quod iſtis alia in aliorum vicem ſuccederent. Vomitiones pituitoſæ, bilioſæ, & crudorum ciborum eductiones, ac ſudores aderant, atque omnibus undiquaque diffluebat humiditas multa. Multis autem hæc fiebant, qui erecti & ſtantes à febribus erant vacui, pleriſque etiam febre correptis,

reptis,

πυρέττουσι, περὶ ὧν γεγράψεται. Ἐν οἷσι δέ τε ἐπεφαίνοντο πάντα τὰ ὑπογεγραμμένα, μετὰ πόνου φθινώδεες. Ἤδη δὲ φθινοπώρου καὶ ὑπὸ χειμῶνα πυρετοὶ ξυνεχέες· καὶ τοῖσιν αὐτέων ὀλίγοισι καυσώδεες· ἡμερινοί, νυκτερινοί, ἡμιτριταῖοι, τριταῖοι ἀκριβέες, τεταρταῖοι, πλάνητες.

7. Ἕκαστοι δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων πυρετῶν πολλοῖσιν ἐγένοντο. Οἱ μὲν οὖν καῦσοι, ἐλαχίστοισί τε ἐγίνοντο, καὶ ἥκιστα τῶν καμνόντων οὗτοι ἐπόνησαν· οὔτε γὰρ αἱμοῤῥαγίαι, εἰ μὴ πάνυ σμικραὶ καὶ ὀλίγοισιν, οὔτε οἱ παράληροι· τάτε ἄλλα πάντα εὐφόρως. Ἐκρίνετο δὲ τούτοισι πάνυ εὐτάκτως· τοῖσι πλείστοισι ξὺν τῇσι διαλιπούσῃσιν ἐν ἑπτακαίδεκα ἡμέρῃσιν. Οὐδὲ ἀποθανόντα οὐδένα

reptis, de quibus mox ſcribetur. In quibus verò deſcripta omnia deprehendebantur, ii non ſine labore tabidi evadebant. Jam quidem ad autumnum & ſub hyemem febres erant aſſiduæ, atque eorum paucis quibuſdam ardentes, diurnæ, nocturnæ, ſemitertianæ, tertianæ exquiſitæ, quartanæ, erraticæ.

7. Atque enumeratarum febrium ſingulæ multis oboriebantur, ardentes verò omnino paucis, iique ex ægrotantibus minimùm laborârunt. Nam neque ſanguis ex naribus niſi paucus admodum, iiſque paucis profluxit, neque delirârunt, cæteraque omnia placidè tulere. Horum plurimis bene admodum conſtituto & compoſito judicationis ordine, febris ardens cum intermiſſione in ſeptendecim diebus ſolvebatur, atque haud ſcio an quiſquam tunc ex

οὐδένα οἶδα τότε ἐν καύσῳ· οὐδὲ φρενιτικὰ τότε γινόμενα. Οἱ δὲ τριταῖοι, πλείους μὲν τῶν καύσων καὶ ἐπιπονώτερα· εὐτάκτως δὲ τούτοισι πᾶσιν ἀπὸ τῆς πρώτης λήψιος, τέσσαρας περιόδους· ἐν ἑπτὰ δὲ τελέως ἐκρίνοντο· οὐδ' ὑπέστρεψαν οὐδενὶ τούτων. Οἱ δὲ τεταρταῖοι, πολλοῖσι μὲν ἐξ ἀρχῆς, ἐν τάξει τεταρταίου, ἤρξαντο· ἔστι δ' οἷσιν οὐκ ὀλίγοισιν ἐξ ἄλλων πυρετῶν καὶ νουσημάτων ἀποστάσιες ἐς τεταρταίους ἐγένοντο· μακρὰ δὲ καὶ ὡς εἴθισται τούτοισι, καὶ ἔτι μακρότερα ξυνέπιπτεν. Ἀμφημερινοὶ δὲ καὶ νυκτερινοὶ, καὶ πλάνητες πολλοῖσι πολλοὶ, καὶ πουλὺν χρόνον παρέμενον· ὀρθοστάδην τε, καὶ κατακειμένοισι. Τοῖσι πλείστοισι τούτων ὑπὸ πληϊάδα καὶ μέχρι χειμῶνος οἱ πυρετοὶ παρείποντο. Σπασμοὶ δὲ πουλλοῖσι,

ex hâc ipſâ interierit, aut ad phrenitim devenerit. At verò tertianæ plures quidem quàm ardentes & laborioſiores fuerunt, atque in his omnibus rite & ordine à primo inſultu ad quaternos circuitus proceſſere, in ſeptem verò abſolutè judicabantur, neque horum cuiquam reverterunt. Quartanæ autem multis per initia certo & rato quartanæ tenore cœperunt, quibuſdam verò non paucis ex aliis febribus & morbis ſeceſſus in quartanas fiebant, longæque his pro conſuetudine, atque etiam interdum longiores contingebant. Sed & quotidianæ nocturnæque & errantes multæ diuque pleriſque perſeveravere, tum erectis, tum decumbentibus; horumque plurimos febres ſub Vergilias & in hyemem uſque comitabantur. Multos autem

λοῖσι, μᾶλλον δὲ παιδίοισιν ἐξ ἀρχῆς· καὶ ἐπύρεσσον, καὶ ἐπὶ πυρετοῖσιν ἐγίνοντο σπασμοί. Χρόνια μὲν τοῖσι πλείστοισι τουτέων, ἀβλαβέα δὲ, εἰ μὴ τοῖσι καὶ ἐκ τῶν ἄλλων πάντων ὀλεθρίως ἔχουσιν.

8. *Οἱ δὲ ξυνεχέες μὲν τὸ ὅλον, καὶ οὐδὲν ἐκλείποντες, παροξυνόμενοι δὲ πᾶσι τριταιοφυέα τρόπον· μίαν ὑποκουφίζοντες, καὶ μίαν παροξυνόμενοι, πάντων βιαιότατοι τῶν τότε γινομένων καὶ μακρότατοι, καὶ μετὰ πόνων μεγίστων γινόμενοι· πρηέως ἀρχόμενοι, τὸ ὅλον ἐπιδιδόντες αἰεὶ, καὶ παροξυνόμενοι ἐν κρισίμοισι, καὶ ἀνάγοντες ἐπὶ τὸ κάκιον· σμικρὰ διακουφίζοντες· καὶ ταχὺ πάλιν ἐξ ἐπισχέσιος, βιαιοτέρως παροξυνόμενοι ἐν κρισί-*

autem ſtatim ab initio præcipuéque pueros convulſiones cum febre tentabant, quæ etiam febribus ſuccedebant, erantque hæc plurimis diuturna quidem, innoxia tamen, niſi ſi quibus cætera omnia perniciem adferrent.

8. At verò continuæ quidem omnino febres erant nihilque intermittebant, ſed omnes invadebant earum febrium more, quæ ad tertianarum naturam propius accederent; uno quidem die leviores, altero verò vehementiores, omnium quæ tunc contingerent violentiſſimæ, longiſſimæ & laborioſiſſimæ; per initia leves & in totum perpetuò increſcentes diebus judicatoriis inſultus habebant, & in deterius procedebant. Quæ etiam cùm parum allevâſſent, celeriter rurſus ex intermiſſione vehementiùs invadebant, & diebus judicatoriis magnâ

κρισίμοισιν, ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ κακούμενοι. Ῥίγεα δὲ πᾶσι μὲν ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως ἐγίνετο· ἐλάχιστα δὲ καὶ ἥκιστα τουτέοισιν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἄλλων πυρετῶν μείζω. Ἱδρῶτες πολλοί· τουτέοισι δὲ ἐλάχιστοι, κουφίζοντες οὐδὲν, ἀλλ' ὑπεναντίον, βλάβας φέροντες. Ψύξις πολλὴ τουτέοισιν ἀκρέων, καὶ μόλις ἀναθερμαινόμενα· οὐδὲ ἄγρυπνοι τὸ σύνολον· μάλιστα δ' οὗτοι καὶ πάλιν κωματώδεες. Κοιλίαι πᾶσι μὲν ταραχώδεες καὶ κακαὶ, πολὺ δὲ τουτέοισι κάκισται. Οὖρα δὲ τοῖσι πλείστοισι τουτέων, ἢ λεπτὰ, καὶ ὠμὰ, καὶ ἄχροα, καὶ μετὰ χρόνον σμικρὰ πεπαινόμενα κρισίμως, ἢ πάχος μὲν ἔχοντα· θολερὰ δὲ καὶ οὐδὲν καθιστάμενα, οὐδ' ὑφιστάμενα· οὐδὲ πεπαινόμενα,

magnâ ex parte deteriùs affligebant. In his omnibus rigores incompoſitè & errabundè contingebant, pauciſſimique & minimi, verùm in cæteris febribus majores, ut & ſudores multi, his verò perpauci nihilque allevantes, ſed contra noxiam afferentes. His magna extremorum perfrictio, quæ vix etiam recaleſcerent. Neque penitus pervigiles erant, maximè verò hi etiam viciſſim ſopore gravabantur. Alvi omnibus quidem conturbatæ erant maléque affectæ, iſtis verò multò peſſimè. Horum autem plurimis urinæ aut tenues erant crudæque & decolores, aliquantoque poſt intervallo nonnihil concoctæ, non ſine judicatoriis ſignis, aut craſſitudine quidem præditæ, verùm turbidæ, nihil conſiſtentes aut ſubſidentes, neque concoctæ,

μένα, ἢ Ϲμικρὰ, καὶ κακὰ, καὶ ὠμὰ τὰ ὑφιστάμενα· κάκιστα δὲ ταῦτα πάντα. Βῆχες μὲν παρείποντο τοῖσι πυρετοῖσι· γράψαι δὲ οὐκ ἔχω βλάβην, οὐδ᾽ ὠφελείην γενομένην διὰ βηχὸς τότε. Χρόνια μὲν οὖν καὶ δυσχερέα, καὶ πάνυ ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως, καὶ ἀκρίτως τὰ πλεῖστα τουτέων διετέλει γινόμενα, καὶ τοῖσι πάνυ ὀλεθρίως ἔχουσι, καὶ τοῖσι μή. Εἰ γὰρ τινας αὐτέων διαλίποιεν Ϲμικρὸν, ταχὺ πάλιν ὑπέστρεφον· ἔστι δὲ οἷσιν ἔκρινον αὐτέων ὀλίγοισιν, οἷσι τὰ βραχύτατα γένοιτο, περὶ ὀγδοηκοστὴν οὖσι, καὶ τουτέων ἐνίοισιν ὑπέστρεφον, ὥστε κατὰ χειμῶνα τοὺς πλείους αὐτέων ἔτι νοσέειν· τοῖσι δὲ πλείστοισιν ἀκρίτως ἐξέλιπον. Ὁμοίως δὲ ταῦτα

coctæ, aut paucæ, vitioſæ, crudæ, ſubſidentes, & in ſummâ peſſimæ omnes. Tuſſes quidem febres comitabantur, ſed neque quam utilitatem aut noxiam tunc tuſſis attulerit, licet ſcribere. Diuturna itaque & difficilia hæc erant, valdeque incompoſitè & errabundè atque citra ſolutionem horum plurima, tum his qui exitialiter valde, tum his qui nequaquam ità ſe haberent, permanebant. Si quibus enim aliquantulum intermitterent, in iis celeriter reverſiones faciebant. Eſt ubi quibuſdam iiſque paucis, ad octogeſimum diem cùm breviſſimè judicatione ſolverentur, nonnullis repeterent, ut etiam in hyemem eorum plurimi ægrotarent. Pleroſque verò omnes abſque judicatione deſerebant. Hæc autem tum his qui ſuperſtites

ταῦτα συνέπιπτε τοῖσι περιγινομένοισι, καὶ τοῖσιν οὔ.

9. Πολλῆς δὲ τινος γινομένης ἀκρισίης, καὶ ποικίλης ἐκ τῶν νουσημάτων, καὶ μεγίστου μὲν σημείου καὶ κακίστου διὰ τέλεος παρεπομένου, τοῖσι πλείστοισιν, ἀποσίτους εἶναι πάντων γευμάτων, μάλιστα δὲ τουτέων, οἷσι καὶ τ' ἄλλα ὀλεθρίως ἔχοι. Διψώδεες οὐ λίην ἀκαίρως ἦσαν ἐπὶ πυρετοῖσι τούτοισι. Γενομένων δὲ χρόνων μακρῶν, καὶ πόνων πολλῶν, καὶ κακῆς ξυντήξιος, ἐπὶ τουτέοισιν ἀποστάσιες ἐγίνοντο, ἢ μείζους, ὥστε ὑποφέρειν μὴ δύνασθαι, ἢ μείους, ὥστε μηδὲν ὠφελέειν· ἀλλὰ ταχὺ παλινδρομέειν, καὶ ξυνεπείγειν ἐπὶ τὸ κάκιον. Ἦν δὲ τουτέοισι τὰ γινόμενα δυσεντεριώδεα, καὶ τεινεσμοὶ, καὶ λειεντερίαι, καὶ

ῥοώδεες·

ſuperſtites erant, tum iis qui moriebantur ex æquo contigerunt.

9. Cúmque multa eaque varia eſſet in morbis judicationis ceſſatio, maximum ſanè & peſſimum ſignum pleroſque omnes ad extremum uſque proſecutum eſt, quod cibos omnes averſarentur, iique maximè qui cætera quoque exitialiter haberent. In his verò febribus non admodùm inopportunè ſiticuloſi erant. Longo autem progreſſu temporis, cùm & labores multi malaque corporis extenuatio fieret, his humorum ſucceſſus aut viribus ſuperiores, aut minores quàm ut prodeſſent quicquam, ſuccedebant, ſed qui confeſtim intrò recurrerent & in deterius contenderent. Atque his aderant inteſtinorum tormina, crebræ & inanes ege-

ῥοώδεες· ἔστι δ' οἷσι καὶ ὕδρωπες, μετὰ τούτων καὶ ἄνευ τούτων· ἄσαι. Ὅ,τι δὲ παραγένοιτο τούτων βιαίως, ταχὺ ξυνήρει, ἢ πάλιν ἐπὶ τὸ μηδὲν ὠφελέειν. Ἐξανθήματα μικρὰ, καὶ οὐκ ἀξίως τῆς περιβολῆς τῶν νοσημάτων, καὶ ταχὺ πάλιν ἀφανιζόμενα· ἢ παρὰ τὰ ὦτα οἰδήματα μωλυόμενα, καὶ οὐδὲν ἀποσημαίνοντα. Ἔστι δ' οἷσιν ἐς ἄρθρα, μάλιστα δὲ κατὰ τὸ ἰσχίον, ὀλίγοισι κρισίμως ἀπολιπόντα· καὶ ταχὺ πάλιν ἐπικρατευόμενα ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἕξιν.

10. Ἔθνησκον δὲ, ἐκ πάντων μὲν, πλεῖστοι δὲ ἐκ τουτέων παιδία, ὅσα ἀπὸ γάλακτος ἤδη, καὶ πρεσβύτερα ὀκταετέα καὶ δεκαετέα, καὶ ὅσα

περὶ

rendi cupidines, inteſtinorum lævores & alvi fluentes, nonnullis etiam aqua inter cutem cum ejuſmodi enumeratis caſibus, aut ſine his contingebat: Stomachi faſtidia. Ex his verò quicquid violenter urgebat, aut ſtatim è medio tollebat, aut prorſus nihil conferebat. Papulæ parvæ, quæ nec ſatis pro dignitate morborum excretioni reſpondebant, ſed contrà celeriter diſparebant, aut aurium tumores oboriebantur qui ſenſim, & ſine ullâ ſignificatione evaneſcebant. Nonnullis ad articulos præcipuéque ad coxendicem decumbebant, paucis decretoriè deſinebant, ſed celeriter rurſus priſtinum habitum aſſequebantur.

10. Ex quovis autem hominum genere interibant quidem, atque ex his plurimi pueri jam à lacte depulſi, iique quibus ætas paulùm proceſſerat, octennes aut decénnes, nec dum etiam

puberes.

περὶ ἥβης. Ἐγίνετο δὲ τοῖσι ταῦτα, οὐκ ἄνευ τῶν πρώτων γεγραμμένων· τὰ δὲ πρῶτα πολλοῖσιν, ἄνευ τουτέων. Μοῦνον δὲ χρηστὸν καὶ μέγιστον τῶν γινομένων σημείων, καὶ πλείστους ἐῤῥύσατο τῶν ὄντων ἐπὶ τοῖσι μεγίστοισι κινδύνοισιν, οἷσιν ἐπὶ τὸ στραγγουριῶδες ἐτράπετο, καὶ ἐς τοῦτο ἀποστάσιες ἐγίνοντο. Ξυνέπιπτε δὲ καὶ ἐν τοῖσι πλείστοισι τὸ στραγγουριῶδες τῇσιν ἡλικίῃσι ταύτῃσι γίνεσθαι μάλιστα. Ἐγίνετο δὲ καὶ τῶν ἄλλων πολλοῖσιν ὀρθοστάδην, καὶ ἐπὶ τῶν νουσημάτων. Ταχὺ δὲ καὶ μεγάλη τις ἡ μεταβολὴ τούτοισι πάντων ἐγίνετο· κοιλίαι τε γὰρ, εἰ καὶ τύχοιεν ἐφυγραινόμεναι, κακοήθεα τρόπον ταχὺ ξυνίσταντο· γεύμασί τε πᾶσιν ἡδέως εἶχον· οἵ τε πυρετοὶ πρηέες μετὰ ταῦτα. Χρόνια δὲ τουτέοισι τὰ

περὶ

puberes. Atque iſta quidem his non ſine ſuperiùs deſcriptis, multis verò ſuperiora abſque his contingebant. Quibus autem ad urinæ difficultatem res tota ſe converterat, in eamque humorum ſeceſſus fierent, iis hoc unum utile omniumque efficaciſſimum ſignum fuit, quod ètiam pleroſque omnes ab imminenti maximo diſcrimine vindicavit. Accidit verò plurimis urinæ difficultatem potiſſimúmque his ætatibus fieri, itemque aliis multis, qui etiam in morbis erecti obambulabant. Hic quoque ſubita quædam & magna omnium mutatio aderat. Alvos namque ſi contigiſſet fuſas fuiſſe, eæ confeſtim peſſimè cogebantur, & ad omnes cibos alacres erant, poſteaque placidæ febres tentabant. Verùm quæ ad urinæ difficultatem

D 2 ſpectabant,

περὶ τῶν στραγγουριῶν, καὶ ἐπίπονα ἦν. Οὖρα δὲ τουτέοισιν ἦν πολλὰ, παχέα, καὶ ποικίλα, καὶ ἐρυθρὰ, μιξόπυα μετ' ὀδύνης. Περιεγένοντο δὲ πάντες οὗτοι, καὶ οὐδένα τουτέων οἶδα ἀποθανόντα.

11. Ὁκόσα δὲ ἀκινδύνως, πεπασμοὺς τῶν ἀπιόντων πάντας πάντοθεν ἐπικαίρους, ἢ καλὰς καὶ κρισίμους ἀποστάσιας, σκοπέεσθαι. Πεπασμοὶ ταχυτῆτα κρίσιος καὶ ἀσφαλείην ὑγιεινὴν σημαίνουσιν· ὠμὰ δὲ καὶ ἄπεπτα, καὶ ἐς κακὰς ἀποστάσιας τρεπόμενα, ἀκρισίας, ἢ πόνους, ἢ χρόνους, ἢ θανάτους, ἢ τῶν αὐτῶν ὑποστροφάς. Ὅ, τι δὲ τουτέων ἔσται μάλιστα, σκεπτέον ἐξ ἄλλων.

Λέγειν

ſpectabant, ea his diuturna & moleſta fuere, urinæque copioſæ, craſſæ, & variantes & rubræ, partimque cum dolore purulentæ. Atque hi omnes ſuperſtites evaſere, neque eorum quenquam interiiſſe cognovi.

11. In quibus verò caſibus nullum periculum ſuſpectum eſt, eorum quæ exeunt maturationes omnes, num undique tempeſtivè procedant, conſiderandæ ſunt. In quibus etiam num abſceſſus bono ſint, aut cum judicatione fiant videndum eſt. Concoctiones judicationem brevi fore, & certam ſalubritatem portendunt. Cruda verò & incocta, quæque in malos abſceſſus vertunt, aut judicationis ceſſationem, aut dolorem, aut diuturnitatem, aut mortem, aut eorundem reverſiones ſignificant. Horum autem quodcunque maximè futurum ſit, ex aliis conſiderandum. Summâ curâ anniti

λέγειν τὰ προγινόμενα, γινώσκειν τὰ παρεόντα, προλέγειν τὰ ἐσόμενα, μελετᾷν ταῦτα. Ἀσκεῖν περὶ τὰ νουσήματα δύο, ὠφελέειν, ἢ μὴ βλάπτειν. Η τέχνη διὰ τριῶν, τὸ νόσημα, ὁ νοσέων, καὶ ὁ ἰητρός· ὁ ἰητρὸς, ὑπηρέτης τῆς τέχνης· ὑπεναντιοῦσθαι τῷ νουσήματι, τὸν νοσεῦντα μετὰ τοῦ ἰητροῦ χρή.

12. *Τὰ περὶ κεφαλὴν καὶ τράχηλον ἀλγήματα καὶ βάρεα μετ᾽ ὀδύνης, ἄνευ πυρετῶν, καὶ σὺν πυρετοῖσι. Φρενιτικοῖσι μὲν σπασμοὶ· καὶ ἰώδεα ἐπανεμέουσιν· ἔνιοι ταχυθάνατοι τούτων. Ἐν καύσοισι δὲ καὶ τοῖσιν ἄλλοισι πυρετοῖσιν, οἷσι μὲν τραχήλου πόνος, καὶ κροτάφων βάρος, καὶ σκοτώδεα περὶ τὰς ὄψιας, ἢ καὶ ὑποχονδρίου ξύντασις οὐ μετ᾽ ὀδύνης γίνεται, τουτέοισιν*

αἱμοῤῥαγέ

niti oportet, ut præterita enarres, præſentia cognoſcas, & futura prædicas. Duoque iſta elaboranda ſunt, ut in morbis commodes, aut ne quid offendas. Artem tria iſta circumſcribunt, morbus, æger, & medicus, qui artis eſt adminiſter, ægrumque oportet unà cum medico morbo reluctari.

12. Capitis & cervicis dolores & gravitates ſi febres comitentur, aut ſine iis accidant, phrenitide quidem laborantibus ad convulſiones deſinunt, præſertim ubi æruginoſa vomitione refuderint: Sed & eorum nonnulli celeriter intereunt. Qui febribus ardentibus aliiſve conflictantur cum cervicis dolore & temporum gravitate, ſi tenebricoſa caligo oculis obverſatur, præcordiorumque contentio ſine

doloris

αἱμοῤῥαγέες διὰ ῥινῶν. Οἷσι δὲ βάρεα μὲν ὅλης τῆς κεφαλῆς, καρδιωγμοὶ δὲ καὶ ἀσώδέες εἰσιν, ἐπανεμέουσι χολώδεα καὶ φλεγματώδεα· τὸ πολὺ δὲ παιδίοισιν. ἐν τουτέοισι γὰρ οἱ σπασμοὶ μάλιστα. Γυναιξὶ δὲ καὶ ταῦτα, καὶ ἀπὸ ὑστερέων πόνοι. Πρεσβυτέροισι δὲ, καὶ ὅσοισιν ἤδη τὸ θερμὸν κρατέεται, παραπληκτικὰ, ἢ μανικὰ, ἢ στερήσιες ὀφθαλμῶν.

Κατάστασις Τρίτη.

13. ΕΝ Θάσῳ, πρὸ Ἀρκτούρου ὀλίγον, καὶ ἐπ' Ἀρκτούρῳ, ὕδατα πολλὰ, μεγάλα, ἐν βορείοισι· περὶ δὲ ἰσημερίην καὶ μέχρι Πληϊάδος,

doloris ſenſu affuerit, iis ſanguis è naribus profunditur. Qui verò toto capite gravitatem ſentiunt, cum oris ventriculi morſu, & ſtomachi faſtidio, ii biliosa & pituitoſa vomitione rejiciunt. Quibus in caſibus plerunque pueris convulſiones maximè fiunt. Eadem etiam mulieribus contingunt, prætereáque obſcœnorum locorum dolores. Grandioribus autem natu, & quos jam calor defecit, partium reſolutiones, aut inſaniæ, aut cæcitates.

Status Tertius.

13. PAulò ante Arcturum, ſub ipſoque Arcturo, imbres copioſi & magni ſpirantibus Aquilonibus in Thaſo fuerunt. Circa Æquinoctium autem & ad Vergilias uſque,

parvæ

άδος, νότια ὕσματα ὀλίγα. Χειμὼν βόρειος· αὐχμοί· ψυχρὰ πνεύματα, μεγάλαι χιόνες· περὶ δὲ ἰσημερίην χειμῶνες μέγιστοι. Ἠρ βόρειον· αὐχμοί· ὕσματα ὀλίγα, ψύχεα. Περὶ δὲ ἡλίου τροπὰς θερινὰς, ὕδατα ὀλίγα· μεγάλα ψύχεα μέχρι Κυνός. Μετὰ δὲ Κύνα, μέχρις Ἀρκτούρου, θέρος θερμόν· καύματα μεγάλα, οὐκ ἐκ προσαγωγῆς, ἀλλὰ συνεχέα, καὶ βίαια· ὕδωρ οὐκ ἐγένετο. Ἐτησίαι ἔπνευσαν. Περὶ Ἀρκτοῦρον, ὕσματα νότια μέχρις ἰσημερίης. Ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ, κατὰ χειμῶνα μὲν ἤρξαντο παραπληγίαι, καὶ πολλοῖσιν ἐγίνοντο· καί τινες αὐτέων ἔθνησκον διὰ ταχέων· καὶ γὰρ ἅλις τὸ νόσημα ἐπίδημον ἦν. Τάτ' ἄλλα διετέλεον ἄνοσοι.

parvæ & modicæ pluviæ auſtrinæ. Hyems aquilonibus perflata juſto majores ſiccitates, frigidos ventos, & magnas nives habuit. Ad Æquinoctium autem maxima frigora. Ver aquilonium, exuperantes ſiccitates, modicæ pluviæ & frigidæ. Circa æſtivum ſolſtitium aquæ paucæ, frigora magna ad Canem uſque. Poſt Canem verò ad Arcturum uſque, per calidam æſtatem æſtus magni, qui non per intervalla aut ſenſim fierent, ſed tum perpetui, tum vehementes. Non pluebat, anniverſarii venti ſpiravêre. Ad Arcturum autem pluviæ auſtrinæ ad Æquinoctium uſque. In hâc temporis conditione ad hyemem partium reſolutiones cœperunt multoſque invaſerunt, ex quibus nonnulli celeriter interierunt, mirè quippe vulgariter graſſabatur hic morbus, cætera verò

ἄνοσοι. Περὶ δὲ τὸ ἦρ, ἤρξαντο καῦσοι, καὶ διετέλεον μέχρις ἰσημερίης, καὶ πρὸς τὸ θέρος. Ὅσοι μὲν οὖν ἦρος καὶ θέρεος ἀρξαμένου αὐτίκα νοσέειν ἤρξαντο, οἱ πλεῖστοι διεσώζοντο· ὀλίγοι δέ τινες ἔθνησκον. Ἤδη δὲ τοῦ φθινοπώρου καὶ τῶν ὑσμάτων γινομένων θανατώδεες ἦσαν, καὶ πλείους ἀπώλλυντο.

14. Ἦν δὲ τὰ παθήματα τῶν καύσων, οἷσι μὲν καλῶς καὶ δαψιλέως ἐκ ῥινῶν ἡμοῤῥάγησε, διὰ τούτου μάλιστα σώζεσθαι· καὶ οὐδένα οἶδα, εἰ καλῶς αἱμοῤῥαγήσειεν, ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ ἀποθανόντα. Φιλίσκῳ γὰρ, καὶ Ἐπαμίνωνι, καὶ Σιληνῷ τεταρταίῳ καὶ πεμπταίῳ σμικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν· ἀπέθανον. Οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τῶν νοσησάντων

rò integrè degebant. Febres autem ardentes ante ver cœperunt, & ad æquinoctium uſque & ad æſtatem perſeveraverunt. Quos itaque ſtatim ſub ipſa veris & æſtatis primordia morbus invaſit, plerique omnes ſuperſtites evaſerunt, paucique interierunt. Cùm verò autumnus eſſet pluviæque impeterent, lethales erant, pluresque peribant.

14. Inerant verò in febribus ardentibus affectiones hujuſmodi, ut qui benè & largiter ſanguinem è naribus profudiſſent, ii vel ex eo maximè ſervati viderentur, neque ullum, cui modò ſanguis bene profluxiſſet, hoc in ſtatu mortuum videre licuit. Philiſcus ſiquidem & Epaminon ac Silenus, quòd his quarto die & quinto de naribus parùm ſtillaverit, mortem obierunt. Plerique igitur omnes ægri appetente

νοσησάντων περὶ κρίσιν ἐπεῤῥίγεον, καὶ μάλιστα οἷσι μὴ αἱμοῤῥαγίαι· ἐπεῤῥίγουν δὲ καὶ οὗτοι, καὶ ἐφίδρουν. Ἔστι δ' οἷσιν ἴκτεροι ἑκταίοισιν· ἀλλὰ τούτοισιν ἢ κατὰ κύστιν κάθαρσις, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα ὠφέλησεν, ἢ δαψιλὴς αἱμοῤῥαγίη. οἷον Ἡρακλείδης, ὃς κατέκειτο παρὰ Ἀριστοκύδη. Καί τοι τούτῳ καὶ ἐκ ῥινῶν ἡμοῤῥάγησε, καὶ ἡ κοιλίη ἐπεταράχθη, καὶ τὰ κατὰ κύστιν ἐκαθήρατο· ἐκρίθη εἰκοσταῖος· οὐχ οἷον ὁ Φαναγόρεω οἰκέτης, ᾧ οὐδὲν τουτέων ἐγένετο, ἀπέθανεν. Αἱμοῤῥάγεε δὲ τοῖσι πλείστοισι, μάλιστα δὲ μειρακίοισι, καὶ ἀκμάζουσι· καὶ ἔθνησκον πλεῖστοι τουτέων, οἷσι μὴ αἱμοῤῥάγοι. Πρεσβυτέροισι δὲ ἐς ἰκτέρους,

tente judicatione rigore corripiebantur, iique potiſſimùm qui ſanguinem è naribus non profudiſſent, atque hi inſuper novo ſuborto rigore exudârunt. Quoſdam etiam ſexto die morbus regius prehendit, verùm iſtos per veſicam expurgatio, aut commota alvus, aut larga ſanguinis è naribus profuſio ſublevavit, quale quid Heraclide, qui apud Ariſtocyden decumbebat, contigit, quippe qui largum è naribus ſanguinem profudit, & alvum conturbatam habuit, & per veſicam perpurgatus eſt. Vigeſimo autem die judicatione eſt liberatus, non quomodò Phanagoræ famulus, qui, cùm ipſi nihil horum quicquam eveniſſet, periit. Plurimis ſanguis è naribus erumpebat, præcipuè tamen adoleſcentibus & ætate florentibus, atque eorum bona pars periit, qui ſanguinem è naribus non profuderunt. Ætate autem provectioribus,

ἰκτέρους, ἢ κοιλίαι ταραχώδεες ἢ δυσεντεριώδεες, οἷον Βίωνι, τῷ παρὰ Σιληνὸν κατακειμένῳ. Ἐπεδήμησαν δὲ καὶ δυσεντερίαι, κατὰ θέρος· καί τισι καὶ τῶν διανοσησάντων, οἷσι καὶ αἱμορραγίαι ἐγένοντο, ἐς δυσεντεριώδεα ἐτελεύτησαν, οἷον τοῦ Ἐράτωνος τῷ παιδὶ, καὶ Μύλλῳ· πολλῆς αἱμορραγίης γενομένης, ἐς δυσεντεριώδεα κατάστασιν περιεγένοντο.

15. Πολὺς μὲν οὖν μάλιστα ὁ χυμὸς οὗτος ἐπεπόλασεν· ἐπεὶ καὶ οἷσι περὶ κρίσιν οὐκ ἡμορράγησεν, ἀλλὰ παρὰ τὰ ὦτα ἐπαναστάντα ἠφανίσθη. Τούτων δὲ ἀφανισθέντων, παρὰ τὸν κενεῶνα βάρος

τὸν ἀρι-

bus, res ſeſe in morbum arquatum vertebat, aut iis alvi commotæ, aut inteſtinorum difficultates aderant, quale quid Bioni, qui ad Silenum decumbebat, contigit. Æſtate etiam inteſtinorum difficultates populariter vagatæ ſunt, & quidam eorum qui morbis conflictabantur, quibus etiam ſanguis è naribus eruperat, hunc exitum habuerunt, ut in difficultatem inteſtinorum inciderent, quale quid Eratonis puero & Myllo accidit, qui poſt multam ſanguinis è naribus profuſionem, in difficultatem inteſtinorum delapſi ſunt & periculo exempti.

15. Copioſus igitur præcipuéque hic humor fluitabat. Siquidem nonnullis impendente judicatione ſanguis è naribus non profluxit, ſed ad aures enati tumores diſparuerunt. Quibus evaneſcentibus ad ſiniſtri lateris inanita-

tem

τὸ ἀριστερὸν, καὶ ἐς ἄκρον ἰσχίον· ἀλγημάτων δὲ μετὰ κρίσιν γινομένων, καὶ οὔρων λεπτῶν διεξιόντων, αἱμορραγέειν σμικρὰ ἤρξαντο. Περὶ δὲ εἰκοστὴν τετάρτην, ἐγένοντο ἐς αἱμορραγίην ἀποστάσιες, Ἀντιφῶντι τῷ Κριτοβούλου· ἐπεπαύσατο, καὶ ἐκρίθη τελέως περὶ τεσσαρακοστήν. Γυναῖκες δὲ ἐνόσησαν μὲν πολλαὶ, ἐλάσσους δὲ ἢ ἄνδρες· καὶ ἔθνησκον ἧσσους· ἐδυστόκεον δὲ πλεῖσται, καὶ μετὰ τοὺς τόκους ἐπενόσεον· καὶ ἔθνησκον αὗται μάλιστα, οἷον Τελεβούλου θυγάτηρ, ἀπέθανεν ἑκταίη ἐκ τόκου. Τῇσι μὲν οὖν πλείστῃσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι γυναικεῖα ἐπεφαίνετο· ἔστι δὲ ᾗσιν ἐκ ῥινῶν ἡμορράγησε, καὶ παρθένοισι πολλῇσι τότε πρῶτον ἐγένετο. Ἔστι δ' ᾗσι καὶ ἐκ ῥινῶν,

tem ſummamque coxendicem gravitas decubuit, doloribuſque poſt judicationem obortis, atque urinis tenuibus prodeuntibus, paucum è naribus ſanguinem profundere cœperunt. Ac circiter quartum & vigeſimum diem Antiphonti Critobuli filio, humores in ſanguinis è naribus profluvium ſeceſſerunt, quod ubi deſiit, integrè circa quadrageſimum diem judicio eſt abſolutus. Mulieres prætereà multæ ægrotârunt, minùs tamen quàm viri, nec ita multæ obierunt. Plurimæ autem difficulter partum ediderunt, atque à partu inſuper laborârunt, ipſæque potiſſimùm obierunt, non ſecus ac Telebuli filia, quæ ſexto à partu die interiit. In febribus itaque plurimis menſes apparuerunt, nonnullis etiam ſanguis ex naribus profluxit, multiſque virginibus id tum primùm contigit.

ῥινῶν, καὶ τὰ γυναικεῖα τισιν ἐπεφαίνετο· οἷον τῇ Δαϊθαρσέως θυγατρὶ παρθένῳ ἐπεφάνη τότε πρῶτον, καὶ ἐκ ῥινῶν λάβρον ἐῤῥύη. Καὶ οὐδεμίην οἶδα ἀποθανοῦσαν, ᾗσι τούτων τι καλῶς γένοιτο. Ἧσι δὲ συνεκύρησεν ἐν γαστρὶ ἐχούσῃσι νοσῆσαι, πᾶσαι ἀπέφθειραν, ἃς καὶ ἐγὼ οἶδα. Οὖρα δὲ τοῖσι πλείστοισιν εὔχροα μὲν, λεπτὰ δὲ, καὶ ὑποστάσιας ὀλίγας ἔχοντα, διαχωρήμασι λεπτοῖσι, καὶ χολώδεσι. Πολλοῖσι δὲ τῶν ἄλλων κεκριμένων ἐς δυσεντερίας ἐτελεύτα, οἷον Ξενοφάνει, καὶ Κριτίᾳ. Οὖρα ὑδατώδεα πολλὰ, καθαρὰ, καὶ λεπτὰ, καὶ μετὰ κρίσιν, καὶ ὑποστάσιος πολλῆς γινομένης. Καὶ τῶν ἄλλων καλῶς

Eſt ubi etiam ſanguis è naribus, quibuſdam verò menſtruæ purgationes erumperent, quale quid in Daïtharſis filiâ virgine tum primùm apparuit, cum largâ ſanguinis è naribus profuſione. Atque haud ſcio, quibus horum quicquam rite evenerit, an ex iis quæquam perierit. In quas verò prægnantes morbus fortè incidit, hæ omnes, quod ſciam, abortionibus periclitatæ ſunt. Plurimus verò urinæ bene quidem coloratæ, tenues autem & pauca habentes ſubſidentia, cum dejectionibus tenuibus & bilioſis. Pleriſque verò alioqui judicatis, morbus in inteſtinorum tormina deſiit, quale quid Xenophani, & Critiæ accidit. Urinæ etiam quibuſdam dilutæ, multæ, liquidæ, tenues poſt judicationem fuerunt, in quibus cùm reliqua etiam probè judicata forent, multa ſubſedere. Atque hoc quidem recenſere æquum videtur,

καλῶς κεκριμένων ἀναμνήσομαι, οἷσιν ἐγένετο· Βίωνι, ὃς κατέκειτο παρὰ Σιληνόν· Κρατίῃ τῇ παρὰ Ξενοφάνους, Ἀρέτωνος παιδὶ, Μνησιστράτου γυναικί. Μετὰ δὲ ταῦτα δυσεντεριώδεες ἐγένοντο οὗτοι πάντες· ἢ ῥάγε, ὅτι οὔρησαν ὑδατώδεα, σκεπτέον.

16. Περὶ δὲ ἀρκτοῦρον, ἑνδεκαταίοισι πουλλοῖσιν ἔκρινε· καὶ τουτέοισιν οὔθ᾽, αἱ κατὰ λόγον γίνονται ὑποστροφαὶ, ὑπέστρεφον. Ἦσαν δὲ κωματώδεες περὶ τὸν χρόνον τοῦτον· πλείω δὲ παιδία, καὶ ἔθνησκον ἥκιστα οὗτοι πάντων. Περὶ δὲ ἰσημερίην, καὶ μέχρι Πληϊάδος καὶ ὑπὸ χειμῶνα, παρείποντο μὲν οἱ καῦσοι. Ἀτὰρ καὶ φρενιτικοὶ πλεῖστοι τηνικαῦτα ἐγένοντο, καὶ ἔθνησκον

videtur, in quibus fuere : Bion qui apud Silenum decumbebat, Cratia quæ cum Xenophane verſabatur, Aretonis puer, & Mneſiſtrati uxor. Qui omnes poſteà in difficultatem inteſtinorum delapſi ſunt. An verò idcirco id contigerit, quòd urinæ dilutæ prodierunt, animadverſione dignum eſt.

16. Multi circa Arcturum undecimo die judicatione abſoluti ſunt, neque his, quæ ob juſtam cauſam fieri ſolent morborum reverſiones, recurrerunt. Sub hoc tempus autem ſopore opprimebantur, atque inter hos plures pueri, qui omnium vel maximè morte exempti ſunt. Ad æquinoctium verò & ad Vergilias uſque, & ſub hyemem, febres ardentes accidebant. Quinetiam tunc plurimi perpetuò cum febribus delirio corripiebantur, atque ex his plerique

ἔθνησκον τούτων οἱ πλεῖστοι· ἐγένοντο δὲ καὶ κατὰ θέρος ὀλίγοι. Τοῖσι μὲν οὖν καυσώδεσιν ἀρχομένοισιν ἐπεσήμαινεν, οἷσι τὰ ὀλέθρια ξυνέπιπτεν. Αὐτίκα γὰρ ἀρχομένοισι πυρετὸς ὀξύς· ἐπερρίγουν σμικρά, ἄγρυπνοι, ἀδήμονες, διψάδεες, ἀσώδεες· σμικρὰ ἐφίδρουν, περὶ τὸ μέτωπον καὶ κληῗδας, οὐδεὶς δι᾽ ὅλου· πολλὰ παρέλεγον· φόβοι, δυσθυμίαι· ἄκρεα ὑπόψυχρα, πόδες ἄκροι, μάλιστα δὲ καὶ τὰ περὶ χεῖρας. Οἱ παροξυσμοὶ ἐν ἀρτίῃσι· τοῖσι δὲ πλείστοισι τεταρταίοισιν οἱ πόνοι μέγιστοι· καὶ ἱδρῶτες ἐπὶ πλεῖστον ὑπόψυχροι· καὶ ἄκρεα οὐκ ἔτι ἐθερμαίνοντο, ἀλλ᾽ ἦσαν πελιδνὰ καὶ ψυχρά· καὶ οὐ δ᾽ ἐδίψων

plerique omnes moriebantur, æſtate autem pauci tales evadebant. Invadentes itaque febres ardentes, quibus præſens immineret pernicies, ſatis indicabant. Nempe ſtatim ab initio febris acuta cum modico inſuper rigore prehendebat, vigiles erant, impotentes animi, ſitibundi, æſtuatione & corporis incontinenti jactatione conflictabantur, cum parvo tenuique ſudore circa frontem & claviculas oborto, nullo tamen per totum corpus diffuſo, multùm deliri erant, timore & omni mœrore confecti, ac velut animum deſpondentes, extrema paulatim frigus concipiebant, pedes ſummi, maximéque manuum ſummitates, diebus paribus acceſſiones contingebant. Pleriſque verò omnibus maximi labores die quarto aderant, ſudoreſque longiſſimè ſubfrigidi nec extrema amplius recaleſcebant, ſed livida & frigida permanebant,

δ' ἐδίψων ἐπὶ τούτοισιν. Οὖρα τούτοις μέλανα, ὀλίγα, λεπτά· καὶ κοιλίαι ἐφίσταντο. Οὐδ' ἡμορράγησεν ἐκ ῥινῶν, οὐδὲ τοῖσιν οἷσι ταῦτα ξυμπίπτοι, ἀλλὰ σμικρὰ ἔσταξεν· οὐδὲ ἐς ὑποστροφὴν οὐδενὶ τούτων ἦλθεν, ἀλλ' ἑκταῖοι ἀπέθνησκον, ξὺν ἱδρῶτι. Τοῖσι δὲ φρενιτικοῖσι ξυνέπιπτε μὲν οὐ τὰ ὑπογεγραμμένα πάντα· ἐκρίνετο δὲ τουτέοισιν, ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ ἑνδεκαταίοισιν· ἔστι δ' οἷσι καὶ εἰκοσταίοισιν. Οἷσιν εὐθὺς οὐκ ἐξ ἀρχῆς ἡ φρενῖτις ἤρξατο περὶ τρίτην ἢ τετάρτην ἡμέρην, ἀλλὰ μετρίως ἔχουσιν ἐν τῷ πρώτῳ χρόνῳ, περὶ τὴν ἑβδόμην εἰς ὀξύτητα τὸ νόσημα μετέπεσε.

17. Πλῆθος μὲν οὖν τῶν νοσημάτων ἐγένετο· ἐκ δὲ τῶν καμνόντων ἀπέθνησκον μάλιστα μειράκια,

manebant, neque ampliùs ſitiebant. Urinæ his erant nigræ, tenues & paucæ, alvique reſtiterunt, ac ne his quidem, quibus hæc acciderent, ſanguis è naribus profluxit, ſed paucus ſtillavit, neque horum cuiquam res ad recidivam devenit, verùm ſexto die cum ſudore perierunt. Phreniticis autem contigerunt quidem deſcripta non omnia, ſed his ferè undecimo die, quibuſdam etiam vigeſimo, judicatione ſolvebantur. Quos ſtatim ab initio circa tertium aut quartum diem phrenitis non prehenderat, ſed primo tempore moderatè ſe habebant, iis circa ſeptimum diem morbus ad vehementiam devenit.

17. Magnus itaque fuit morborum numerus, atque ex ægris præcipuè interibant adoleſcentes,

κια, νέοι, ἀκμάζοντες, λεῖοι, ὑπολευκοχρῶτες, ἰθύτριχες, μελανότριχες, μελανόφθαλμοι, οἱ ἡσυχῇ καὶ ἐπὶ τὸ ῥάθυμον βεβιωκότες, ὑψόφωνοι, ἰσχνόφωνοι, τρηχύφωνοι, τραυλοὶ, ὀργίλοι· γυναῖκες δὲ πλεῖσται ἐκ τούτου τοῦ εἴδεος ἀπέθνησκον. Ἐν δὲ τῇ καταστάσει ταύτῃ ἐπὶ σημείων μάλιστα τεσσάρων διεσώζοντο· οἷσι γὰρ ἢ διὰ ῥινῶν αἱμορράγησεν, ἢ κατὰ κύστιν οὖρα πολλὰ, καὶ πολλὴν ὑπόστασιν καὶ καλὴν ἔχοντα ἔλθοι· ἢ κατὰ κοιλίην ταραχώδεα, χολώδεα ἐπικαίρως· ἢ δυσεντερικὰ γένοιτο. Πολλοῖσι δὲ ξυνέπιπτε μὴ ἐφ' ἑνὸς κρίνεσθαι τῶν ὑπογεγραμμένων σημείων, ἀλλὰ διεξιέναι διὰ πάντων τοῖσι πλείστοισι· καὶ δοκέειν μὲν ἔχειν ὀχληροτέρως· διεσώζοντο δὲ

tes, juvenes, ætate florentes, quique erant glabro corpore, cute ſubalbidâ, extenſo & nigro capillitio, & nigris oculis, otioſè & ſegniter vitam degentes, voce altâ, exili, aſperâ, balbi, iræ præcipitis & acerbæ, plurimæque hujuſce generis mulieres peribant. At verò hoc in ſtatu ex quatuor maximè ſignis ſervabantur ii, quibus aut ex naribus bene ſanguis profluxiſſet; aut urina multa, in quâ quod deſidebat copioſum & laudabile erat, per veſicam proceſſiſſet; quique aut per alvum turbulenta, bilioſa, tempeſtivè demitterent; aut in difficultatem inteſtinorum delaberentur. Multiſque uſu venit ut non ab uno ex deſcriptis ſignis judicarentur, ſed ut plurimi per omnia percurrerent, & graviùs habere viderentur. Sed hi

δὲ πάντες, οἷσι ταῦτα ξυνέπιπτε. Γυναιξὶ δὲ καὶ παρθένοισι, ξυνέπιπτε μὲν καὶ τὰ ὑπογεγραμμένα σημεῖα πάντα. Ἦσι δὲ ἢ τούτων τι καλῶς γένοιτο, ἢ τὰ γυναικεῖα δαψιλέως ἐπιφανείη, διὰ τουτέων ἐσώζοντο· καὶ ἐκεῖνε. Καὶ οὐδεμίαν οἶδα ἀπολλυμένην, ᾗσι τούτων τι καλῶς γένοιτο. Φίλωνος γὰρ τῇ θυγατρὶ ἐκ ῥινῶν λαῦρον ἐῤῥύη, ἑβδομαίη δὲ οὖσα ἐδείπνησεν ἀκαιροτέρως· ἀπέθανεν.

18. Οἷσιν ἐν πυρετοῖσιν ὀξέσι μᾶλλον καυσώδεσιν ἀκούσια δάκρυα παραῤῥεῖ, τούτοισιν ἀπὸ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίην προσδέχεσθαι, ἢν καὶ τ' ἄλλα μὴ ὀλεθρίως ἔχωσιν· ἐπεὶ τοῖσδε φλαύρως ἔχουσιν, οὐχ αἱμοῤῥαγίην, ἀλλὰ θάνατον σημαίνει. Τὰ περὶ τὰ ὦτα ἐν πυρετοῖσιν ἐπαιρόμενα μετ' ὀδύνης,

hi omnes, quibus iſta contingerent, incolumes evaſerunt. Mulieribus item & virgunculis evenerunt paulò antè memorata ſigna omnia. Decernebat autem, ſi quibus aut horum quippiam optimè fieret, aut liberaliter muliebria apparerent, nullaque (quod ſciam) ex his quibus horum quid optimè factum eſſet, interiit. Philonis namque filia, cùm liberaliter ex naribus ſanguis effluxiſſet, quòd ſeptimo die intempeſtiviùs cœnâſſet, mortem obiit.

18. Quibus invitis per febres acutas atque adeò ardentes lacrymæ effluunt, in his, dum cætera exitialiter non ſe habebant, ſanguinis ex naribus profluvium expectandum eſt. In his ſiquidem, qui malè habent, non ſanguinis

 eruptionem,

ὀδύνης, ἐστὶν οἷσιν, ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ, κρισίμως οὔτε καθίστατο, οὔτε ἐξεπύει· τουτέοισι διάῤῥοια χολωδέων, ἢ δυσεντερίη, ἢ παχέων οὔρων ὑπόστασις γενομένη λύει, οἷον Ερμίππῳ τῷ Κλαζομενίῳ. Τὰ δὲ περὶ τὰς κρίσιας, ἐξ ὧν καὶ διαγινώσκομεν, ἢ ὅμοια, ἢ ἀνόμοια· οἷον οἱ δύο ἀδελφεοὶ, οἱ κατέκειντο παρὰ τὸ θέατρον Επιγένεος, καὶ ἤρξαντο ὁμοῦ τὴν αὐτὴν ὥρην νοσέειν· τελέων τῷ πρεσβυτέρῳ, ἔκρινεν ἕκτη· τῷ δὲ νεωτέρῳ, ἑβδόμη· ὑπέστρεψεν ἀμφοτέροισιν ὁμοῦ τὴν αὐτὴν ὥρην, καὶ διέλιπεν ἡμέρας πέντε· ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς, ἐκρίθη ἀμφοτέροισιν ὁμοῦ τὸ ξύμπαν ἑπτακαιδεκαταίοισιν. Εκρινε δὲ τοῖσι πλείστοισι

eruptionem, verùm mortem portendunt. Quibus febre judicatoriè deſinente, tumores ad aures in febribus cum dolore ſuborti, neque conquieſcunt, neque ſuppurantur, eos, bilioſum alvi profluvium, aut inteſtinorum difficultas, aut quod in urinis craſſis ſubſidet, liberat, quale quid Hirmippo Clazomenio evenit. Quod verò ad judicia attinet, ea, ut ſatis perſpicere licet, aut ſunt inter ſe ſimilia aut diſſimilia. Velut in duobus fratribus apparuit, qui ad theatrum Epigenis habitabant, quibus, cùm eâdem ſimul horâ morbus cœpiſſet, ætate provectiori ſexto die, juniori verò ſeptimo decrevit: reverſus utrique eâdem ſimul horâ, dies quinque intermiſit, atque ex reverſione uterque ſimul in totum die decimo ſeptimo eſt judicatione liberatus. Plurimis autem quinto die

πλείστοισι πέμπτῃ· διέλιπεν ἑβδόμην· ἐκ δὲ τῶν ὑποστροφέων, ἔκρινε πεμπταίοισιν. Οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διέλιπεν ἑβδόμην· ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς, ἔκρινε τρίτῃ· οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διαλιπόντας τὴν τρίτην ἔκρινεν ἑβδόμῃ· οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑκταίοισι, διαλιπόντας ἕκτην ἐλάμβανε τρίτῃ· οἷσι δὲ ἔλιπε πρώτῃ, ἐλάμβανε καὶ ἔκρινε πρώτῃ, οἷον Εὐαγόντι τῷ Δαϊθάρσεος· οἷσι δὲ ἔκρινεν ἕκτῃ, διέλιπεν ἑβδόμην· ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς, ἔκρινε τετάρτῃ, οἷον τῇ Ἀγλαΐδου θυγατρί. Οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τῶν νοσησάντων, ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ, τούτῳ τῷ τρόπῳ διενόσησαν· καὶ οὐδένα οἶδα τῶν περιγενομένων, ᾧτινι οὐχ ὑπέ-

στρεψαν

die decrevit, ſeptem intermiſit & poſt reditum die quinto judicatio facta eſt. Quibuſdam etiam ſeptimo die decrevit, diebus ſeptem intermiſit, & ex recidivâ die tertio judicatio facta eſt. Nonnullis quoque morbus die ſeptimo judicatus eſt, cumque diebus tribus intermiſiſſet, ſeptimo decrevit. Aliquibus die ſexto morbus decrevit, atque ubi dies ſex intermiſiſſet tribus diebus prehendit, quos etiam ubi uno die reliquiſſet, altero rurſus prehendit & judicatus eſt, quemadmodum Evagonti Daïtharſis filio contigit. Aliis ſexto die decrevit, ſeptem intermiſit, & ex repetitione die quarto judicatus eſt, quale quid Aglaidæ filiæ uſuvenit. Plurimi igitur eorum qui tunc ægrotârunt hunc habuerunt morbi tenorem, atque haud ſcio an eorum cuiquam qui ſuperfuerunt

ritè

στρέψαν, κατὰ λόγον αἱ ὑποστροφαὶ γινόμεναι. Καὶ διεσώζοντο πάντες ὅσους ἐγὼ οἶδα οἷσιν ἂν ὑποστροφαὶ διὰ τοῦ εἴδεος τούτου γένοιντο· οὐδὲ τῶν διανοσησάντων διὰ τούτου τοῦ τρόπου οὐδενὶ οἶδα ὑποστροφὴν γενομένην πάλιν. Ἔθνησκον δὲ ἐν τοῖσι νουσήμασι τούτοισιν οἱ πλεῖστοι, ἑκταῖοι. οἷον Ἐπαμινώνδας, καὶ Σιληνὸς, καὶ Φιλίσκος ὁ Ἀνταγόρεω.

19. Οἷσι δὲ τὰ παρὰ τὰ ὦτα γένοιτο, ἔκρινε μὲν εἰκοσταίοισι· κατέσβη δὲ πᾶσιν, οἷσιν οὐκ ἐξεπύησεν, ἀλλ' ἐπὶ κύστιν ἐτράπετο. Κρατιστώνακτι, ὃς παρὰ Ἡρακλεῖ ᾤκει, καὶ Σκύμνου τοῦ γναφέως θεραπαίνῃ, ἐξεπύησεν· ἀπέθανον. Οἷσι δ' ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διέλιπεν ἐννέα· ὑπέστρεψεν· ἔκρινεν ἐκ τῆς ὑποστροφῆς τεταρταίοισι. Οἷσι

ritè factæ morborum reverſiones non recurrerent, omneſque, quod ſciam, ſervabantur quibus hoc recidivæ genus contigit, neque hoc modo ægrotantium cuiquam morbum rurſus repetiviſſe memini. Moriebantur autem plurimi ex his morbis ſexto die, velut Epaminondas, Silenus, & Philiſcus Antagoræ filius.

19. Quibus tubercula ad aures enaſcebantur, ea die vigeſimo decernebant. Sedata autem ſunt iis omnibus, quibus non ſuppurârunt, ad veſicam tamen ſeſe converterunt. Cratiſtonacti, qui ad Heraclium decumbebat, & Scymni fullonis ancillæ ſuppurârunt; & perierunt. Nonnullis verò morbus die ſeptimo decrevit novem intermiſit diebus, reverſus eſt, & ex recidivâ quarto die judicatus eſt. Phanocritus,

Οἷσι δ' ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διέλιπεν ἓξ, αὖθ' ὑπέστρεψε, καὶ ἑβδομαίοισιν ἔκρινεν, οἷον Φανοκρίτῳ, ὃς κατέκειτο παρὰ Γνάθωνι τῷ γραφεῖ. Ὑπὸ δὲ χειμῶνα περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς καὶ μέχρις ἰσημερίης, παρέμενον μὲν οἱ καῦσοι καὶ τὰ φρενιτικά· καὶ ἔθνησκον πολλοί. Αἱ μέντοι κρίσιες μετέπεσον· καὶ ἐκρίνετο τοῖσι πλείστοισιν ἐξ ἀρχῆς πεμπταίοισι· διέλιπε τεταρταίοισιν· ὑπέστρεψεν· ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς, ἔκρινε πεμπταίοισι· τὸ δὲ ξύμπαν τεσσαρεσκαιδεκαταίοισι. Ἔκρινε δὲ παιδίοισιν οὕτω τοῖσι πλείστοισιν, ἀτὰρ καὶ πρεσβυτέροισιν. Ἔστι δ' οἷσιν ἔκρινεν ἑνδεκαταίοισιν, ὑπέστρεφε τεσσαρεσκαιδεκάτῃ· ἔκρινε τελείως εἰκοστῇ. Εἰ δέ

τινες

tus, qui apud Gnathonem pictorem decumbebat, ſeptimo die judicatione eſt abſolutus. Sub hyemem verò circa brumale ſolſtitium ad æquinoctium uſque, febres ardentes & phrenitides perdurabant, multique peribant. Judicationes tamen variè ceciderunt, plurimiſque quinto ab initio die morbus decrevit, quarto intermiſit, repetiit, & ex recidivâ quinto die judicatio facta eſt, omnino diebus quatuordecim. Atque hunc in modum pueris plurimis, quinetiam natu grandioribus judicatio facta eſt. Nonnullis verò undecimo die morbus decrevit, decimo quarto repetiit, perfectéque vigeſimo judicatus eſt. Quòd ſi qui vigeſimo novo inſuper rigore corriperentur, iis quadrageſimo die morbus decrevit. Plerique autem

omnes

τινες ἐπερρίγευν περὶ τὴν εἰκοστὴν, τελέοισιν ἔκρινε τεσσαρακοστῇ. Ἐπερρίγευν δ' οἱ πλεῖστοι περὶ κρίσιν τὴν ἐξ ἀρχῆς· οἱ δ' ἐπιρριγώσαντες ἐξ ἀρχῆς περὶ κρίσιν, καὶ ἐν τῇσιν ὑποστροφῇσιν ἅμα κρίσει ἐπερρίγευν. Ἐπερρίγευν δ' ἐλάχιστοι μὲν τοῦ ἦρος, θέρεος πλείους, φθινοπώρου ἔτι πλείους, ὑπὸ δὲ χειμῶνα πολὺ πλεῖστοι. Αἱ δ' αἱμοῤῥαγίαι ὑπέληγον.

ΤΜΗΜΑ ΤΡΙΤΟΝ.

20. ΤΑ δὲ περὶ τὰ νουσήματα, ἐξ ὧν διαγινώσκομεν, μαθόντες ἐκ τῆς κοινῆς φύσιος ἁπάντων, καὶ τῆς ἰδίης ἑκάστου, ἐκ τοῦ νουσήματος, ἐκ τοῦ νουσέοντος, ἐκ τῶν προσφερομένων, ἐκ

omnes ſub primam judicationem denuo rigebant. Quinetiam quidam per exordia ſub judicium ipſum novo rigore correpti, adhuc in ipſis morborum reverſionibus unà cum judicatione riguerunt. Vere autem rigebant omnino pauci, æſtate plures, per autumnum adhuc plures, ſub hyemem longè plurimi. At ſanguinis è naribus profluvia ceſſârunt.

SECTIO TERTIA.

20. QUænam in his, quæ ad morbos ſpectant, dignotio facienda ſit facilè diſcemus, ex communi omnium & cujuſque propriâ naturâ, ex morbo & ægroto, ex his, quæ offeruntur,

ἐκ τοῦ προσφέροντος (ἐπὶ τὸ ῥᾷον γὰρ καὶ χαλεπώτερον, ἐκ τούτων) ἐκ τῆς καταστάσιος ὅλης, καὶ κατὰ μέρεα τῶν οὐρανίων καὶ χώρης ἑκάστης, ἐκ τοῦ ἔθεος, ἐκ τῆς διαίτης, ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἐκ τῆς ἡλικίης ἑκάστου· λόγοισι, τρόποισι, σιγῇ, διανοήμασιν, ὕπνοισιν, οὐχ ὕπνοισιν, ἐνυπνίοισί τισι, καὶ ὅτε τιλμοῖσι, κνησμοῖσι, δακρύοισιν· ἐκ τῶν παροξυσμῶν· διαχωρήμασιν, οὔρεσι, πτυάλοισιν, ἐμέτοισι. Καὶ ὅσαι ἐξ οἵων εἰς οἷα διαδοχαὶ νοσημάτων, καὶ ἀποστάσιες ἐπὶ τὸ ὀλέθριον καὶ κρίσιμον· ἱδρὼς, ψύξις, ῥῖγος, βὴξ, πταρμοὶ, λυγμοὶ, πνεύματα, ἐρεύξιες· φῦσαι σιγώδεες,

offeruntur, & eo, qui offert. Nam & ex his meliùs vel graviùs ſe habent. Præterea ex univerſali ac particulari aëris conditione, & regionis cujuſque, ex conſuetudine, victûs ratione, vitæ genere, ex cujuſque ætate, ægri ſermonibus, moribus, ſilentio, imaginationibus, ſomnis, vigiliis, ex inſomniis, quæ qualia & quando obveniant videndum eſt, vellicationibus, pruritibus, lacrymis, ex acceſſionibus, dejectionibus, urinis, ſputis, vomitionibus. Videndæ ſunt etiam quæcunque fiunt morborum viciſſitudines, & ex quibus in quos ſuccedant, & quinam abſceſſus perniciem aut ſolutionem portendant. Sed & ſudor, rigor, perfrictio, tuſſis, ſternutationes, ſingultus, ſpiritus, eructationes, flatus ſilentes, ſtrepitum cientes, ſanguinis eruptiones, ora venarum ex ano ſanguinem fundere ſolita, (Græci hæmorrhoidas dicunt.)

σιγώδεες, ψοφώδεες· αἱμοῤῥαγίαι, αἱμοῤῥοΐδες· ἐκ τούτων, καὶ ὅσα διὰ τούτων, σκεπτέον.

21. Πυρετοὶ ξυνεχέες· οἱ μὲν ἡμέρην ἔχουσι, νύκτα διαλείπουσι· οἱ δὲ νύκτα ἔχουσιν, ἡμέρην διαλείπουσιν. Ἡμιτριταῖοι, τριταῖοι, τεταρταῖοι, πεμπταῖοι, ἑβδομαῖοι, ἐνναταῖοι. Εἰσὶ δὲ ὀξύταται μὲν, καὶ μέγισται, καὶ χαλεπώταται νοῦσοι, καὶ θανατωδέσταται, ἐν τῷ ξυνεχεῖ πυρετῷ. Ἀσφαλέστατος δὲ πάντων, καὶ ῥήϊστος, καὶ μακρότατος ὁ τεταρταῖος· οὐ γὰρ μόνον αὐτὸς ἀφ' ἑωυτοῦ τοιοῦτός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ νοσημάτων μεγάλων ἄλλων ῥύεται. Ἐν δὲ τῷ ἡμιτριταίῳ καλεομένῳ, ξυμπίπτει μὲν καὶ ὀξέα νοσήματα γίνεσθαι· καὶ ἔστι τῶν λοιπῶν οὗτος θανατωδέστατος. Ἀτὰρ καὶ φθινώδεες, καὶ ὅσα ἄλλα

μακρότερα

cunt.) Atque ex his quæ per hæc contingunt conſideranda ſunt.

21. Febrium hæ quidem ſunt continuæ, quæ quidem interdiu prehendunt, noctu intermittunt, aut noctu prehendunt, interdiu intermittunt. Sunt & ſemitertianæ, tertianæ, quartanæ, quintanæ, ſeptimanæ & nonanæ. In febre autem continuâ morbi ſunt valde præcipites, maximi & graviſſimi, præcipuéque lethales. At omnium eſt tutiſſima quartana, placidiſſima & longiſſima. Non enim ſolùm per ſe ipſa talis eſt, verùm etiam ab aliis magnis morbis vindicat. In eâ verò quæ ſemitertiana dicitur, tum morbi acuti accidunt, tum etiam præter cæteras iſta præcipuè lethalis eſt. Quinetiam tabes & quicunque alii morbi longi affli-

gunt,

μακρότερα νοσήματα νοσέουσιν, ἐπὶ τούτῳ μάλιστα νοσέουσι. Νυκτερινὸς οὐ λίην θανατώδης, μακρὸς δέ· ἡμερινὸς μακρότερος· ἔστι δὲ οἷσι ῥέπει καὶ ἐπὶ τὸ φθινῶδες. Ἑβδομαῖος μακρὸς, οὐ θανατώδης· ἐναταῖος μακρότερος, καὶ οὐ θανατώδης. Τριταῖος ἀκριβὴς ταχυκρίσιμος, καὶ οὐ θανατώδης. Ὁ δέ γε πεμπταῖος, πάντων μὲν κάκιστος· καὶ γὰρ πρὸ φθίσιος, καὶ ἤδη φθίνουσιν ἐπιγινόμενος, κτείνει.

22. Εἰσὶ δὲ τρόποι καὶ καταστάσιες, καὶ παροξυσμοὶ τουτέων ἑκάστου τῶν πυρετῶν, ὁμοίως ξυνεχέων καὶ διαλιπόντων. αὐτίκα γὰρ ξυνεχὴς ἔστιν, οἷσιν ἀρχόμενος ἀνθεῖ καὶ ἀκμάζει μάλιστα, καὶ ἀνάγει ἐπὶ τὸ χαλεπώτερον· περὶ δὲ κρίσιν, καὶ ἅμα κρίσει, ἀπολεπτύνεται. Ἔστι δὲ οἷσιν ἄρχεται μαλακῶς,

gunt, in hâc potiſſimùm detinent. Nocturna non admodum lethalis eſt, longa tamen. Diurna longior, nonnullis autem ad tabem vergit. Septimana longa eſt, non tamen lethalis. Nonana hâc adhuc longior, ſed non lethalis. Tertiana exacta celerem habet judicationem, neque lethalis eſt. Quintana autem omnium eſt peſſima. Hæc nempe ante tabem, aut jam contabeſcentibus ubi ſupervenerit, perimit.

22. Inſunt autem in ſingulis hiſce febribus, tum continuis, tum intermittentibus, formæ, conſtitutiones, & acceſſiones hujuſcemodi. Videlicet quidem continua quibuſdam, ubi incœpit, floret & viget maximè, & in gravius tendit, circa judicium verò in ipſoque judicio extenuatur. Nonnullis verò leniter ac laten-

μαλακῶς, καὶ ὑπόβρυχιος· ἐπαναδιδοῖ δὲ καὶ παροξύνεται καθ' ἡμέρην ἑκάστην· περὶ δὲ κρίσιν, καὶ ἅμα κρίσει, ἅλις ἐξέλαμψεν. Ἔστιν οἷσιν ἀρχόμενος πρηέως ἐπιδιδοῖ καὶ παροξύνεται, καὶ μέχρι τινὸς ἀκμάσας, πάλιν ὑφίησι μέχρι κρίσιος, καὶ περὶ κρίσιν. Ξυμπίπτει δὲ ταῦτα γίνεσθαι ἐπὶ παντὸς πυρετοῦ, καὶ παντὸς νοσήματος. Δεῖ δὲ τὰ διαιτήματα σκοπούμενον ἐκ τούτων προσφέρειν. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα σημεῖα τούτοισίν ἐστιν ἠδελφισμένα· περὶ ὧν τὰ μὲν που γέγραπται, τὰ δὲ γεγράψεται. Πρὸς ἃ δεῖ διαλογιζόμενον δοκιμάζειν, καὶ σκοπεῖσθαι, τίνι τούτων ὀξὺ καὶ θανατῶδες, ἢ περιεστηκὸς, καὶ τίνι προσαρτέον, ἢ οὔ,

καὶ

ter incipit, increſcit autem in dies exacerbaturque, ſed ſub judicium in ipſoque judicio abundè emicat. Eſt ubi ex moderatis initiis augeſcit & exacerbatur, & ſimulatque aliquantiſper vigorem acceperit, ad judicium uſque ſub ipſumque judicium rurſus ſe remittit. Atque hæc in omnem febrem, omnemque morbum cadere ſolent. Ex his autem bene ſubductâ ratione victum offerre neceſſe eſt. Jam quoque multa alia præcipua ſigna his ſunt cognata, de quibus partim aliquando ſcriptum eſt, partim verò ſcribetur. Quæ tecum animo reputanti, perpendendum conſiderandumque quodnam præceps periculum & mortem portendat, aut quodnam ſuperſtitem ægrum fore indicet, & cuinam admovendus cibus, necne,

&

καὶ πότε, καὶ πόσον, καὶ τὶ τὸ προσφερόμενον ἔςαι.

23. Τὰ δὲ παροξυνόμενα ἐν ἀρτίῃσι, κρίνεται ἐν ἀρτίῃσιν· ὧν δὲ οἱ παροξυσμοὶ ἐν περισσῇσι, κρίνεται ἐν περισσῇσιν. Ἔςι δὲ πρώτη κρίσιμος τῶν περιόδων, ἐν τῇσιν ἀρτίῃσι κρινουσῶν, δ΄. ϛ΄. η΄. ι. ιδ΄. κη΄. λ΄. λδ΄. μη΄. ξ΄. π΄. ρ΄. Τῶν δὲ ἐν τῇσι περισσῇσι κρινουσῶν περιόδων πρώτη, γ΄. ε. ζ΄. θ΄. ιά. ιζ΄. κά. κζ΄. λά. Εἰδέναι δὲ χρὴ, ὅ, τι ἢν ἄλλως κριθῇ ἔξω τῶν προγεγραμμένων, ἐσομένας ὑποςροφὰς σημαίνοιτο, καὶ γένοιτο ἂν ὀλέθρια. Δεῖ δὲ προσέχειν τὸν νοῦν, καὶ εἰδέναι ἐν τοῖσι χρόνοισι τούτοισι, τὰς κρίσιας

& quando, & quantus, & quinam cibus futurus ſit.

23. Quæ diebus paribus invaſiones habent, ea diebus paribus decernunt. Quorum verò acceſſiones imparibus diebus fiunt, ea imparibus judicantur. Circuituum autem qui diebus paribus judicant, primus eſt decretorius quartus, ſextus, octavus, decimus, decimus quartus, vigeſimus octavus, trigeſimus, trigeſimus quartus, quadrageſimus octavus, ſexageſimus, octogeſimus, & centeſimus. Circuituum verò qui diebus imparibus judicant, primus eſt tertius, quintus, ſeptimus, nonus, undecimus, decimus ſeptimus, primus & vigeſimus, ſeptimus & vigeſimus, & trigeſimus primus. Conſiderandum autem eſt quòd ſi quid aliter extra hos præſcriptos dies decernat, recidivas fore perniciemque portendi. Animumque adver-

tere

σιας ἐσομένας ἐπὶ σωτηρίην, ἢ τὸ ὄλεθρον, ἢ ῥοπὰς ἐπὶ τὸ ἄμεινον, ἢ τὸ χεῖρον. Πλάνητες δὲ πυρετοὶ, καὶ τεταρταῖοι, καὶ πεμπταῖοι, καὶ ἑβδομαῖοι, καὶ ἐναταῖοι, ἐν ᾗσι περιόδοισι κρίνονται, σκεπτέον.

ΑΡΡΩΣΤΟΙ ΤΕΣΣΑΡΕΣ ΚΑΙ ΔΕΚΑ.

ΠΡΩΤΟΣ.

24. Φιλίσκος ᾤκει παρὰ τὸ τεῖχος· κατεκλίθη τῇ πρώτῃ· πυρετὸς ὀξύς. ἵδρωσεν ἐν νυκτὶ ἐπιπόνως. Δευτέρῃ, πάντα παρωξύνθη· ὀψὲ δὲ ἀπὸ κλυσματίου καλῶς διῆλθε·

tere & nôſſe oportet, his in temporibus futuras judicationes ad ſalutem aut perniciem tendere, vel momenta in melius aut deterius facere. Prætereaque videndum eſt, quibuſnam circuitibus febres errantes, quartanæ, quintanæ, ſeptimanæ, nonanæ, judicationes ſubeant.

ÆGROTI QUATUORDECIM.

PRIMUS.

24. PHiliſcus, qui propter mœnia habitabat, primo die decubuit, eumque febris acuta prehendit, cum ſudoribus & nocte laborioſâ. Poſtridiè ingraveſcentibus omnibus, ex alvi dilutione meliuſculè habuit, cum nocte quietâ.

ἦλθε· νύκτα δι' ἡσυχίης. Τρίτῃ πρωῒ, καὶ μέχρι μέσου ἡμέρης, ἔδοξε γενέσθαι ἀπύρετος· πρὸς δείλην δὲ πυρετὸς ὀξὺς, μετ' ἱδρῶτος· διψώδης· γλῶσσα δὴ ἐπεξηραίνετο· μέλανα οὔρησε· νύκτα δυσφόρως· οὐκ ἐκοιμήθη· πάντα παρέκρουσε. Τετάρτη, πάντα παρωξύνθη· οὖρα μέλανα· νύκτα εὐφορωτέρην· οὖρα εὐχρούστερα. Πέμπτη, περὶ μέσον ἡμέρης, μικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν ἄκρητον· οὖρα δὲ ποικίλα, ἔχοντα ἐναιωρήματα στρογγύλα, γονοειδέα, διεσπαρμένα· οὐχ ἵδρυτο. Προστεθεμένῳ δὲ βάλανον, φυσώδεα σμικρὰ διῆλθε· νύκτα ἐπιπόνως· ὕπνοι σμικροί· λόγοι· λῆρος· ἄκρεα πάντοθεν ψυχρὰ, καὶ οὐκ ἔτι ἐπαναθερμαινόμενα· οὔρησε μέλανα· ἐκοιμήθη

quietâ. Die tertio, mane & ad meridiem uſque, liber à febre eſſe viſus eſt, ad veſperam verò febris acuta invaſit cum ſudore & ſiti, lingua inaruit, nigrum lotium reddidit, nox gravis & moleſta fuit, non dormivit prorſuſque deliravit. Quarto, graviora evaſerunt omnia, urinæ nigræ, nox facilior fuit, & urinæ melius coloratæ. Quinto, circa meridiem parum idque ſincerum è naribus ſtillavit, urinæ variæ, in quibus ſublimia quædam innatantia rotunda, genitali ſemini ſimilia, diſperſa inerant, neque reſidebant. Huic ſuppoſitâ glande, flatuoſa pauca prodierunt, nox gravis fuit, ſomni parvi, verba cum delirio, extrema undiquaque frigida, quæ nec etiam ad calorem ampliùs revocari poterant, urinam nigram reddidit, aliquantulùm dormivit, ſub diem vox defecit,

οιμήθη σμικρά· πρὸς ἡμέρην ἄφωνος· ἵδρωσε ψυχρόν· ἄκρεα πελιδνά. Περὶ δὲ μέσον ἡμέρης, ἑκταῖος ἀπέθανε. Τουτέῳ πνεῦμα διὰ τέλεος, ὥσπερ ἀνακαλουμένῳ, ἀραιόν, μέγα· σπλὴν ἐπήρθη περιφερεῖ κυρτώματι· ἱδρῶτες ψυχροὶ διὰ τέλεος. Οἱ παροξυσμοὶ ἐν ἀρτίῃσιν.

defecit, ſudor frigidus obortus eſt, ſummitates liveſcebant. Die ſexto circa meridiem obiit. Spiratio huic perpetuò quaſi intro revocanti & ingeminanti rara & magna fuit; lien in gibboſitatem rotundam ſublatus eſt, & ad finem uſque ſudores frigidi perſeverârunt. Acceſſiones diebus paribus invaſerunt.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

ÆGROTUM hunc in periculo verſari, ſtatim ab initio ſubortus ſudor haud obſcure indicat (1). Si quid enim utile ſtatuiſſet, non inconſultò adeo & temerè properaſſet (2); quod verò nil profuit, damnandus eſt (3), & qui ſubſecuti ſunt laborum prodromus cenſendus eſt; quæcunque hinc metuenda infauſta, diei ſequentis exacerbatio rata facit (4). Nec noctis ſecundæ tranquillitas, quicquid ægroto contulit, medicum nimis delectabit; Philiſcus enim præter rationem noctem egit quietam, cùm nulla præceſſerat cauſa quæ optatam hanc mutationem induceret. Nihil hactenus præclari auſa eſt natura, nec tanti fuit evacuatio artis miniſterio conciliata, quæ vim ſævientis morbi tam expeditè proſterneret. Fallacium harum induciarum minimè ignarus Hippocrates monet, ne hiſce credamus quæ non ſecundum rationem levant (5); facilè aliás incautus vel non præmonitus, (ex nocte quietâ & febre die proximo remittente) magno cum ſuo dedecore ſpem vitæ falſam adſtantibus pollicitus eſſet. Sed indomitus morbus promiſſorem hunc inanem diu exultare non permiſiſſet, qui majori impetu veſperi reverſus eſt, jam jam phrenitidem, nec multo poſt mortem ipſam denuncians; nam ſpiratio magna & rara (6), vigiliæque phrenitidis præcurſores ſunt acerrimi (7); nec præviſus hoſtis pone diu moratur, nocte quippe prorſus deliravit, & cum difficilis illa ſpiratio

ratio etiamnum permaneret (8), ex conjunctis horum viribus, quid niſi pernicies reſtat? Sed urinæ nigræ lethalibus hiſce ſignis inſuper acceſſerunt, quas peſſimas & maxime lethales aſſerit Decus Aſclepiadum (9). Nullum verò ſymptoma triſtius præbet augurium quàm ſudor ſine febris remiſſione jam denuo renovatus, quoniam ſudores inter ea numerantur excreta quæ morbos judicare ſolent; quæ quidem cum oriantur in morbis acutis nec eos judicent, vel difficilem morbi exitum (10), vel lethalem portendunt; difficilem, (ait Galenus) ſi ſigna cruditatis ſolummodo comitentur; lethalem verò, ſi alia etiam adſint ſigna lethalia: Sed duo ſimul ſigna maximè lethalia in hoc ægroto extiterunt, viz. Delirium cum difficili reſpiratione, & urinæ nigræ; quæ cum die quarto permanſerunt (11), vel potius increverunt, prædicta jam quaſi jurejurando ſanciunt. Ex ſymptomatis ſuprà relatis, non ſolum mortem, ſed & diem quoque morbi fatalem præſagire licet. Sicut enim ſigna judicatoria die critico apparentia, morbi ſolutionem proximo die critico promittunt (12); eodem jure, ſigna lethalia perniciem die proximo critico minantur. Pari nempe virtute pollent dies critici, tam ad vitam, quàm mortem. Hæc autem febris diem ſeptimum non expectavit, quoniam paroxyſmi diebus paribus invaſere; lege quippe cautum eſt Hippocratica, ne febres aliis, quam quibus exacerbantur diebus, judicentur; exacerbationes autem diebus paribus Philiſcum invaſerunt, die ergo pari mors prædicenda fuit (13). Ex dictis conſtat, in hoc ægroto delirium, mortem, & mortis diem prævideri potuiſſe.

fuiſſe. Alia licet plurima ſigna lethalia in hac occurrant hiſtoria, cum hactenus relata ſufficiunt ad certam prognoſin, reliquorum hic loci meminiſſe ſupervacaneum ducimus.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Πυρέσσοντι ἱδρὼς ἐπιγινόμενος, μὴ ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ, κακόν.

2. Τὰ δὲ κρίνοντα ἐπὶ τὸ βέλτιον, μὴ αὐτίκα ἐπιφαινέσθω.

3. Οἱ δὲ μὴ οὕτως γινόμενοι, πόνον σημαίνουσι.

4. Οἱ λαβόντες, ἐς τὴν αὔριον παροξυνθέντες, κακόν.

5. Τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν οὐ δεῖ πιστεύειν, οὐδὲ φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παραλόγως. Τὰ γὰρ πολλὰ τῶν τοιουτέων

1. Febricitanti ſudor superveniens, febre non remittente, malum. Aph. S. 4. No. 56.

2. Quæ vero ad melius judicant non ſtatim appareant. M. P. L. 2. P. 686. No. 33.

3. Qui vero ita non fiunt, laborem ſignificant. De Judicat. S. 4. No. 14.

4. Qui acceſſione correpti, ſi poſtridie exacerbentur, malum. Coac. S. 1. No. 112.

5. His qui non ſecundum rationem levant credere non oportet, neque timere valde quæ præter rationem fiunt mala. Multa enim horum ſunt in-

ἐστὶν ἀβέβαια, καὶ οὐ πάνυ τοι διαμένειν οὐδὲ χρονίζειν εἴωθε.

conſtantia, nec admodum permanere neque durare ſolent. Aph. S. 2. No. 27.

6. Πνεῦμα——μέγα δὲ ἀναπνεόμενον, καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου, παραφροσύνην δηλοῖ.

6. Spiritus---qui vero magnus reſpiratur, & per longum tempus, delirium indicat. Præn. S. 4.

7. Ἢ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης τε καὶ πόνων ἀγρυπνίη, ἢ παραφροσύνη ἔσται ἀπὸ τουτέου τοῦ σημείου.

7. Aut enim præ dolore & afflictionibus vigiliæ adſunt, aut delirium aderit ab hoc ſigno. Prænot. S. 9.

8. Ὅκου ἂν ἐν πυρετῷ μὴ διαλείποντι δύσπνοια γένηται, καὶ παραφροσύνη, θανάσιμον.

8. Ubi in febre non intermittente difficultas ſpirandi & delirium contigerint, lethale. Aph. S. 4. No. 50.

9. Θανατωδέστερα δὲ τῶν οὔρων τάδε δυσώδεα, καὶ ὑδατώδεα, καὶ μέλανα, καὶ παχέα. Ἐπὶ δὲ τοῖσι μὲν ἀνδράσι, καὶ ταῖσι γυναιξὶ, τὰ μέλανα τῶν οὔρων, κάκιστα.

9. Lethaliores autem ſunt urinæ fætidæ, & aquoſæ, & nigræ, & craſſæ. At tum in viris, tum in mulieribus, urinæ nigræ peſſimæ. Prænot. S. 11.

10. Τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα, τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα.

10. Judicatoria non judicantia, partim lethalia, partim difficilis judicii. M. Pop. L. 2. P. 686. No. 35.

11. Ἢν 11. Si

11. Ἢν ἡ τετάρτη τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ ὅμοιον ἔχῃ τὶ τῶν αὐτῶν τούτων, κινδυνώδης ὁ κάμνων γίνεται.

12. Οἱ δὲ πυρετοὶ κρίνονται ἐν τῇσιν αὐτέῃσιν ἡμέρῃσιν τὸν ἀριθμὸν, ἐξ ὧν τε περιγίνονται οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἐξ ὧν ἀπόλλυνται. Οἵ τε γὰρ εὐηθέστατοι τῶν πυρετῶν, καὶ ἐπὶ σημείων ἀσφαλεστάτων βεβῶτες, τεταρταῖοι παύονται, ἢ πρόσθεν. Οἱ δὲ κακοηθέστατοι, καὶ ἐπὶ σημείων δεινοτάτων γινόμενοι, τεταρταῖοι κτείνουσιν, ἢ πρόσθεν.

13. Τὰ δὲ παροξυνόμενα ἐν ἀρτίῃ, κρίνεται ἐν ἀρτίῃσιν. Ὧν δὲ παροξυσμοὶ ἐν περισσῇσι, κρίνεται ἐν περισσῇσιν.

11. Si quarta dies habeat quid ſimile tertio ex iiſdem illis, æger in periculo verſatur. Victus acut. P. 307. No. 175.

12. Febres judicantur iiſdem numero diebus, ex quibus ſuperſtites evadunt homines, & quibus pereunt. Etenim placidiſſimæ febres, & ſignis ſecuriſſimis contingentes, quarto die deſinunt, aut prius. Maligniſſimæ verò, & ſignis horrendiſſimis oborientes quarto die, aut prius occidunt. Prænot. S. 20.

13. Quæ paribus diebus exacerbantur, paribus judicantur. Quorum autem exacerbationes in imparibus fiunt, in imparibus judicantur. M. Pop. P. 672. No. 35.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

25. Σιληνὸς ᾤκει ἐπὶ τοῦ Πλαταμῶνος, πλησίον τῶν Εὐαλκίδεω· ἐκ κόπων καὶ ποτῶν, καὶ γυμνασίων ἀκαίρων, πῦρ ἔλαβεν. Ἤρξατο δὲ πονέειν καὶ ὀσφὺν, καὶ κεφαλὴν εἶχε βάρος· καὶ τραχήλου ἦν ξύντασις. Ἀπὸ δὲ κοιλίης, τῇ πρώτῃ, χολώδεα, ἄκρητα, ἔπαφρα, κατακορέα πολλὰ διῆλθεν· οὖρα μέλανα, μέλαιναν τὴν ὑπόστασιν ἔχοντα· διψώδες· γλῶσσα ἐπίξηρος· νυκτὸς οὐδὲν ἐκοιμήθη. Δευτέρῃ, πυρετὸς ὀξύς· διαχωρήματα πλείω, λεπτότερα, ἔπαφρα· οὖρα μέλανα· νύκτα δυσφόρως· μικρὰ παρέκρουσε. Τρίτῃ, πάντα παρωξύνθη· ὑποχόνδρια

ÆGER SECUNDUS.

25. Silenum, qui in Platamone habitabat, juxta Eualcidis ædes, ex laboribus, compotationibus, & exercitationibus intempeſtivis, ignis, hoc eſt, febris vehementiſſima prehendit. Cœpit autem ex lumbis laborare, & capitis gravitate teneri, cum cervicis diſtenſione. Primo die ex alvo bilioſa, ſincera, ſpumantia, abundè ſaturata & affatim colorata multa prodière. Urinæ nigræ, in quibus nigra ſubſidebant, ſitibundus erat, lingua inſuper arida, nocte nihil dormivit. Altero die, febris acuta fuit, dejectiones plures, tenuiores, ſpumantes, urinæ nigræ, nox inquies & gravis, aliquantulùm deliravit. Tertio, omnia graviora

χονδρίου ξύντασις ἐξ ἀμφοῖν παραμήκης πρὸς ὀμφαλὸν, ὑπολάπαρος· διαχωρήματα λεπτὰ, ὑπομέλανα· οὖρα θολερὰ, ὑπομέλανα· νυκτὸς οὐδὲν ἐκοιμήθη· λόγοι πολλοὶ, γέλως, ᾠδὴ, κατέχειν οὐκ ἠδύνατο. Τετάρτη, διὰ τῶν αὐτῶν. Πέμπτη, διαχωρήματα ἄκρητα, χολώδεα, λεῖα, λιπαρά· οὖρα λεπτὰ, διαφανέα· σμικρὰ κατενόει. Εκτη, περὶ κεφαλὴν σμικρὰ ἐφίδρωσεν· ἄκρεα ψυχρὰ, πελιδνά· πολὺς βληστρισμός· ἀπὸ κοιλίης οὐδὲν διῆλθεν· οὖρα ἐπέστη· πυρετὸς ὀξύς. Εβδόμη, ἄφωνος· ἄκρεα οὐκ ἔτι ἀνεθερμαίνετο· οὔρησεν οὐδέν. Ογδόη, ἵδρωσε δι' ὅλου ψυχρόν· ἐξανθήματα μετ' ἱδρῶτος ἐρυθρὰ, στρογγύλα,

graviora evaſêre, præcordiorum contentio utrimque ad umbilicum promiſſa, ſubmollis, dejectiones tenues, nigricantes, urinæ turbidæ, nigræ, nox inſomnis, verba multa, riſus, cantus, continere ſe non potuit. Quarto, eadem affligebant omnia. Quinto, per alvum ſeceſſêre ſyncera, bilioſa, lævia, pinguia, urinæ tenues, pellucidæ, paulùm ad intelligentiam rediit. Sexto, circa caput tenuis & paucus ſudor obortus eſt cum extremorum frigore & livore, multa corporis incontinentia & jactatio, nihil demiſit alvus, urinæ reſtiterunt, febris acuta. Septimo, voce defectus eſt, corporis ſumma non ampliùs ad calorem revocari poterat, nihil minxit. Octavo, ſudor frigidus per omnia membra diffuſus eſt, cum puſtulis rubentibus, rotundis, parvis, varis non abſimilibus,

γύλα, Σμικρὰ, οἷον ἴονθοι, παρέμενεν· οὐκ ἀφίστατο. Ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐρεθισμῷ σμικρῷ κόπρανα λεπτὰ, οἷα ἄπεπτα, πολλὰ διῄει μετὰ πόνου· οὖρα μετ' ὀδύνης δακνώδεα· ἄκρεα σμικρὰ ἀνεθερμαίνετο· ὕπνοι λεπτοὶ, κωματώδεες· ἄφωνος· οὖρα λεπτὰ, διαφανέα. Ἐνάτῃ, διὰ τῶν αὐτῶν. Δεκάτῃ, ποτὰ οὐκ ἐδέχετο· κωματώδης. οἱ δὲ ὕπνοι λεπτοί· ἀπὸ δὲ κοιλίης ὅμοια· οὔρησεν ἀθρόον, ὑποπαχὺ, κείμενον· ὑπόστασις κριμνώδης, λευκή· ἄκρεα πάλιν ψυχρά. Ἐνδεκάτῃ, ἀπέθανεν. Ἐξ ἀρχῆς τούτῳ διὰ τέλεος, πνεῦμα μέγα, ἀραιόν· ὑποχονδρίου παλμὸς ξυνεχής. Ἡλικίη, ὡς περὶ ἔτεα εἴκοσιν.

abſimilibus, quæ permanebant, neque abſceſſum faciebant. Alvus verò parum concitata, ſtercora tenuia, crudis ſimilia, multa non ſine labore demiſit, urina cum dolore mordax reddebatur, corporis ſumma pauliſper ad calorem reducebantur, ſomni exigui erant ac veluti ſopores, vox defecit, urinæ tenues & perſpicuæ. Nono eadem fere omnia. Decimo potum non capiebat, ſopore detinebatur, ſomni autem exigui erant. Ab alvo ſimilia prodibant, minxit affatim ſubcraſſum in matellâ depoſitum. Quod ſubſederat, hordei toſti non exactè moliti craſſioribus fruſtulis ſimile erat, album, ſumma corporis iterum frigida. Undecimo die, obiit. Huic per exordia ad extremum uſque ſpiratio magna & rara fuit, & continens præcordiorum palpitatio. Ætatis annum agebat ferè vigeſimum.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

MORBI hujus principium medico Hippocratico præſagia infauſta præbet, nulla quippe exorta ſunt ſymptomata quæ non graviſſimos & lethales morbos comitari conſueverunt; ſpiratio magna & rara (1), lingua arida (2), vigiliæ (3) & hypochondriorum palpitationes phrenitica ſunt (4): Capitis dolor (5), cervicis tenſio (6), urina nigra (7) cum nigro ſedimento & dejectiones multæ (8), partim phrenitidis, partim lethalis morbi ſigna ſunt. Prædictà phrenitis die ſecundo incepit, & tertio ita increvit, ut ſe continere non potuit ægrotus. Decurſu ergo morbi decernendum, num mortis nuncii certam minus fidem merentur, & utrum penes ſit artem Apollinarem vitæ terminum prævidere. Hoc autem luculenter ut appareat, contemplandi veniunt dies ſequentes; quorum ſecundus nil aliud medico præſagienti ſpondet quam, eorum quæ jam prædicta ſunt, firmitatem; omnia nempe in deterius ibant, & phrenitidem olim divinatam, cum iiſdem lethalibus ſignis ſtipatam, dies tertius in lucem protulit; hiſque omnibus ſupervenientes alvi ſubnigri ſeceſſus (9), & die quarto permanentes, perniciem die ſeptimo denunciant. Nec, quanquam ægrotus ultra hos limites vitam produxit, falſi itaque incuſanda eſt doctrina Hippocratica; ſuppreſſis nempe die ſeptimo omnibus actionibus, tam animalibus quam naturalibus, parum abfuit (tanta eſt dierum criticorum vis) quin prædictio compleretur.

pleretur. Ergo ſi medicus, hiſce nimiùm fre-tus oraculis, mortem in diem ſeptimum pronunciaſſet, culpæ veniam impetrare meruiſſet, cum tantillum a ſcopo aberraſſet. Bene quidem eſſet medicorum gloriæ, ſi tales quotidie objicerentur errores; pulchrum quidem eſſet ſic cum Hippocrate errare. Sed nec Hippocrati, nec veſtigia ejus prementi, falli conceditur; nam qui præceptorum generalium meminit, facilè intelligit, cur ægrotus diem ſeptimum ſuperare debuit. Non inficias eo, quin ex generali ſignorum natura die quarto comparentium, mors die ſeptimo expectanda eſſet; & raró admodum tam firmâ baſi inſtituta præſagia medicum eludunt. Hæc veró abſolutè vera eſſe nemo doctrinâ Hippocraticâ verſatus, proferre audebit, contrarium quando aſſerit ipſe (10), omnium quot quot fuere prædicendi peritiſſimus: Signa etenim cuncta, quæ vel mortem vel ſalutem promittunt, quibuſdam finibus terminantur, quos ultra citraque prædictiones inſtabiles admodum evadunt. Scilicet cum vita vel mors præſagitur, hujuſmodi fere ubique reperias annexas conditiones; ſeptimo judicatio continget (11), ſi cætera ſint pro ratione----- morietur (12), ſi non omnino aut ex optimis ſignis aliquod accedat, aut corporis vires adſint, &c. i. e. mors vel morbi criſis tali die continget, ni quid ex bonis vitam producat, vel ex malis mortem acceleret. Hac lege, medicus die quarto mortem in diem ſeptimum pronunciaſſet, nec minus legitimè die quinto mutanda eſſet ſententia, ob inſignem rerum mutationem quæ tunc inciderat; omnes nempe mutationes in morbis quæ non in prava mutantur,

mutantur (13), proſunt, & morbi longitudinem ſignificant (14); ſed quæ coram contigit mutatio, non ſolum non prava, ſed & laudabilis quidem cenſenda eſt. Nam die tertio & quarto dejectiones erant tenues, ſubnigræ; quinto verò, bilioſæ, puræ, læves & pingues (15), quæ nigris & aliis lethalibus diuturniores ſunt. Mutatæ ſunt etiam urinæ; die primo, erant nigræ, cum nigro ſedimento; die ſecundo, nigræ; die tertio & quarto, turbidæ & nigræ; ſed quinto, pro nigris, turbidis, & ſubnigris, tenues & pellucidæ evaſêre; ſatis ſuperque quidem malæ, ſed non, ut prius, lethales, mortis nempe dilationem aliquam præ ſe ferentes (16). Hodie etiam ad ſe rediit qui hucuſque phreniticus fuerat; en aliam in melius mutationem! quæ omnia longiorem vitam, minimè verò ſalutem promittunt; tales enim mutationes inconſtantes ſunt & ægrè judicant (17). Legibus Aſclepiadum, à morte die ſeptimo impendente ægrotum noſtrum vindicavimus: Inveſtigandum reſtat, ad quem diem differtur ſupplicium; ampliatur enim reus, non abſolvitur. Die octavo, nova & lethalia ſymptomata oriuntur, viz. ſudor frigidus (18), & papulæ rubræ abſceſſum non facientes (19); quæ cum die nono pariter affligebant, mortem die undecimo indicabant. Sed cùm omnia ſigna die ſeptimo lethalia erant, & nova inſuper die octavo ejuſdem proſapiæ acceſſerant, cur ſuperavit ægrotus diem nonum, qui inter criticos numeratur? Reſpondet medicorum princeps, ſi quis in febre continua die quarto & ſeptimo maximè affligatur, & non judicatus fuerit, undecima plerumq; perit (20); i. e. ſi acceſſiones

I ſint

ſint hiſce diebus vehementiſſimæ, die undecima vel liberatur ægrotus, vel ſuccumbit. Silenus autem hiſce diebus maximè affligebatur, & ſi undecima judicandus fuiſſet, die nono ſigna ſalutaria ſeſe in conſpectum dediſſent. Sed pro ſalutaribus, exitioſa erant pleraque; ergo pro judicatione vel criſi exitium occupat. Reclament litigatores, ſi ſigna lethalia die impari exorta & permanentia non ſemper die proximo judicatorio mortem ratam faciunt; errabit ſæpe medicus, cujus præſagia tam inſtabili fundamento nituntur. Nequaquam, nam & hanc quoque nubem radii Hippocratici diſſipant. Omnes enim dies impares non ſunt in unaquaque febre critici; ſed illi ſoli, qui periodis vel circuitibus febrium coincidunt. Ex. gr. In febribus quarum periodi ſunt ternariæ, i. e. quæ tertio quoque die exacerbantur, omnes dies impares ſunt critici; ſed in quibus exacerbationes quarta quaque die dominantur, non omnes dies impares, ſed quidam ſolummodo judicatorii ſunt, viz. 7. 11. 17. at 3. 5. 9. 13. 15. non omnino in his morbis judicatorii ſunt, quoniam in febribus quarum periodi ſunt quaternariæ, exacerbationes hiſce diebus non contingunt. Ergo nec judicationes, nam ex exacerbationibus judicationes cognoſcuntur (21), i. e. quo ordine dierum exacerbationes, eodem ordine & jure judicationes contingunt. Si tertio quoque die febris exacerbatur, in uno aliquo horum tertiorum judicabitur; ſin autem quarto quoque die exacerbatur, in uno aliquo horum judicabitur. Ergo monet Hippocrates, ut dies per ternarios & quaternarios animadvertamus (22), & tunc

tunc non latebit nos, quo inclinat morbus; conſtat autem in hoc ægroto, exacerbationes vel paroxyſmos quaternarios fuiſſe. Quamvis enim prima exacerbatio die tertio invaſit, cùm tamen & quarto die perduravit, quaternaria quoque cenſenda eſt. Sed cùm proxima exacerbatio non ante diem ſeptimum invaluit, tunc vere quaternaria devenit. Si enim ternariæ fuiſſent acceſſiones, tum dies quinta exacerbatoria fuiſſet; ſed vice exacerbationis, omnia eo die, & ad ſeptimum uſque, leviora fuerunt. Ergo undecimo ſupremum diem (naturæ ſcilicet & Hippocrati debitum) ægrotus obiit.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Πνεῦμα—μέγα δὲ ἀναπνεόμενον, καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου, παραφροσύνην δηλοῖ.

1. Spiritus---qui verò magnus reſpiratur, & per longum tempus, delirium indicat. Prænot. S. 4.

2. Γλῶσσαι—αἱ δασεῖαι κατάξηροι, φρενιτικαί.

2. Linguæ---aſperæ & reſiccatæ, phreniticæ ſunt. Co. S. 2. No. 150.

3. Ἢ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης τε καὶ πόνων ἀγρυπνίη, ἢ παραφροσύνη ἔσται ἀπὸ τουτέου τοῦ σημείου.

3. Aut enim præ dolore & afflictionibus vigiliæ adſunt, aut delirium aderit ab hoc ſigno. Prænot. S. 4.

4. Οἱ

4. Juxta

4. Οἱ κατὰ κοιλίην ἐν πυρετῷ παλμοὶ, ἐκστάσιας ποιέουσιν.

4. Juxta ventrem in febre palpitationes, mentis emotiones inducunt. Co. S. 2. No. 269.

5. Κεφαλῆς δὲ ὀδύναι ἰσχυραί τε, καὶ συνεχέες ξὺν πυρετῷ, ἢν μὲν τι τῶν θανατωδέων σημείων προσγίνοιτο, ὀλέθριον κάρτα.

5. Capitis dolores fortes & continui cum febre, ſiquidem lethalium ſignorum quid acceſſerit, valde ſunt pernicioſi. Præn. S. 22.

6. Τράχηλος σκληρὸς καὶ ἐπώδυνος—— ὀλέθριον.

6. Collum durum & dolens, pernicioſum eſt. Co. S. 2. No. 196.

Τραχήλου πόνος κακὸν μὲν ἐν παντὶ πυρετῷ, κάκιστον δὲ οἷσιν ἐκμανῆναι ἐλπίς.

Colli dolor malum quidem in omni febre, peſſimum autem in his quibus timor eſt ut inſaniant. Prædict. S. 9.

7. Ὀλέθριον δὲ ἐστὶν τῶν οὔρων τοτε μέλαιναν τὴν ὑπόστασιν ἔχον, καὶ τὸ μέλαν.

7. Pernicioſa eſt urina nigra, nigrum habens ſedimentum. Co. S. 5. No. 31.

8. Ἐν καύσῳ κοιλίη καταῤῥαγεῖσα, θανάσιμον.

8. In febre ardente ſi alvus affatim eruperit, lethale. Co. S. 1. No. 182.

9. Ἡ μὲν μέλαινα διαχώρησις, θάνατον σημαίνει.

9. Nigra alvi egeſtio, mortem ſignificat. Vict. Acut. P. 307. S. 48.

10. Τῶν ὀξέων νουσημάτων οὐ πάμπαν ἀσφαλέες

10. Acutorum morborum non in totum certæ

ἀσφαλέες αἱ προδιαγορεύσιες, οὔτε τοῦ θανάτου, οὔτε τῆς ὑγιείης.

certæ ſunt prædictiones, neque mortis, neque ſanitatis. Aph. S. 2. No. 19.

11. Ἢν ἡ τετάρτη τῇ τρίτῃ ὅμοιον ἔχῃ τι τῶν αὐτῶν τούτων, κινδυνώδης ὁ κάμνων γίνεται.

11. Si quarta dies habeat quid ſimile tertiæ ex iiſdem illis, æger in periculo verſatur. Vict. Acut. P. 307. No. 175.

12. Τῇσι δὲ ἐν ἀρχῇσι τῶν πυρετῶν, ἤν τε παραφροσύνη ἐπιγένηται, ἤν τε ἀπόπληξις τῶν μελέων τινὸς, εἰδέναι τὸν ἄνθρωπον ἀπολλύμενον, ἢν μὴ παντάπασιν ἢ τῶν καλλίστων τι σημείων ἐπιγένηται, ἢ σώματος ἀρετὴ ὑποκέηται.

12. In principiis febrium ſive delirium acceſſerit, ſive alicujus membri ſyderatio, periturum eſſe hominem ſciendum eſt, ſi non omnino aut ex optimis ſignis aliquod accedat, aut corporis vires adſint. Prædict. L. 2. S. 23.

13. Αἱ μεταβολαὶ ὠφελέουσιν, ἢν μὴ ἐς πονηρὰ μεταβάλλῃ.

13. Mutationes proſunt, niſi ad prava mutentur. M. Pop. L. 2. S. 2. P. 690.

14. Καὶ ὅκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ ἢν τὸ σῶμα καταψύχηται, ἢ αὖθις θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίγνηται, μῆκος νούσου σημαίνει.

14. Et ubi in toto corpore mutationes, & ſi corpus perfrigeretur, & rurſus calefiat, aut color alius ex alio gignatur, longitudinem morbi ſignificat. Aph. S. 4. No. 40.

15. Τὰ

15. Alvi

15. Τὰ ποικίλα ὑποχωρήματα χρονιώτερα μὲν τῶν μελάνων, καὶ τῶν ἄλλων θανασίμων ὑποχωρημάτων, οὐδὲν δὲ ἧσσον ὀλέθρια.

15. Alvi egeſtiones variæ, diuturniores ſunt nigris & aliis lethalibus egeſtionibus, nihilo verò minùs pernicioſæ. Judicat. S. 7.

16. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν, ἐὰν μεταβολὰς ἔχῃ τὸ οὖρον, χρόνον σημαίνει.

16. In febribus mutationes ſi habuerit urina, diuturnitatem ſignificat. Judicat. S. 7.

17. Δύσκριτα καὶ ἀβέβαια τὰ τοιαῦτα.

17. Ægrè judicant & inconſtantes ſunt tales, viz. urinæ. Judicat. S. 7.

18. Ψυχροὶ ἱδρῶτες ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ, θανάσιμοι.

18. Sudores frigidi cum acuta quidem febre, lethales ſunt. Judicat. S. 8.

Οἱ ἱδρῶτες —— κάκιστοι δὲ οἱ ψυχροί τε, καὶ μοῦνον περὶ τὴν κεφαλήν τε, καὶ τὸ πρόσωπον γινόμενοι, καὶ τὸν αὐχένα. Οὗτοι γὰρ ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ, θάνατον προσημαίνουσι. Ξὺν δὲ πρηϋτέρῳ, μῆκος νούσου. Καὶ οἱ κατὰ πᾶν τὸ σῶμα ὡσαύτως γινόμενοι τοῖσι περὶ τὴν κεφαλήν.

Sudores ----- frigidi quidem peſſimi, & qui ſolum circa caput & faciem fiunt & collum. Hi enim cum acuta quidem febre, mortem ſignificant; cum mitiori verò, longitudinem morbi. Et qui per totum corpus fiunt, ſimiliter his qui circa caput. Prænot. S. 5.

19. Οἷσιν ἐν ξυνέχεσι φλυζάκια κατὰ πᾶν τὸ σῶμα ἐκφύῃ, θανάσιμον, μὴ γινομένης πυώδεος ἀποστήματος.

19. Quibus in febribus continuis puſtulæ per totum corpus erumpunt, lethale eſt, ſi purulentus abſceſſus non fiat. Co. S. 1. No. 163.

20. Συνεχέος δὲ πυρετοῦ ἐὰν τεταρταῖος πονέεται, καὶ ἑβδομαῖος, καὶ μὴ κριθῇ ἑνδεκαταῖος ὀλέθριος ὡς τὰ πολλά.

20. In febre continuâ ſi quis quartâ die & ſeptimâ affligatur, & non judicatus fuerit undecimâ plerumque perit. Judicat. S. 8.

21. Πρὸς τὰς ἀρχὰς σκέπτεον τῶν νούσων, εἰ αὐτίκα ἀνθεῖ. Δῆλον δὲ τῇ ἐπιδόσει, τὰς δὲ ἐπιδόσεας τῇσι περιόδοισι. Καὶ αἱ κρίσιες ἐντεῦθεν δῆλοι, καὶ τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυσμοῖσι.

21. Circa principium morborum conſiderandum, an ſtatim floreant. Clarum autem hoc fit ex incremento, incrementum autem ex circuitibus. Et judicationes hinc quoque manifeſtæ fiunt, itemque ex exacerbationibus in circuitibus. M. Pop. P. 686.

22. Ἀλλὰ χρὴ ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρης ἐνθυμέεσθαι, καὶ καθ' ἑκάστην τετράδα προστιθεμένην σκέπτεσθαι, καὶ οὐ λήσεται ὅπη τρέψεται τὸ νόσημα.

22. Verùm à primo die conſiderare oportet, & prout ſinguli quaternarii adduntur animadvertere, & non latebit quo vertetur morbus. Prænot. S. 20.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

26. Ηροφῶντι πυρετὸς ὀξύς. Ἀπὸ κοιλίης ὀλίγα, τεινεσμώδεα κατ᾽ ἀρχὰς· μετὰ δὲ ταῦτα λεπτὰ διῄει, χολώδεα ὑπόσυχνα· ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν· οὖρα μέλανα, λεπτά. Πέμπτῃ, πρωῒ κώφωσις· παρωξύνθη πάντα· σπλὴν ἐπήρθη· ὑποχονδρίου ξύντασις· ἀπὸ κοιλίης ὀλίγα, μέλανα διῆλθε· παρεφρόνησεν. Ἕκτῃ, ἐλήρει· ἐς νύκτα ἱδρώς· ψύξις· λῆρος παρέμενεν. Ἑβδόμῃ, περιέψυκτο· διψώδης· παρέκρουσεν· εἰς νύκτα κατενόει· κατεκοιμήθη. Ὀγδόῃ, ἐπύρεσσε·

ÆGER TERTIUS.

26. HErophontem febris acuta prehendit, alvus circa initia pauca, & cujuſmodi in crebrâ & inani egerendi voluntate ſolent, demiſit, deinde verò tenuia, bilioſa & copioſa. Somnum nullum capiebat, urinæ nigræ & tenues erant. Quinto die, mane ſurditas obvenit, exaſperata ſunt omnia, lien ſublatus intumuit, cum præcordiorum contentione, ex alvo pauca & nigra percurrebant, deſipuit. Sexto, delirabat, ſub noctem ſudor obortus eſt, frigus, delirium perſeverabat. Septimo, corporis ſumma perfrixerunt, ſiticuloſus fuit, deliravit, ſub noctem ad mentem rediit, dormivit. Octavo, febricitavit, lien imminuebatur,

ἐπύρεσσε· πάλιν ἐμεῖτο· κατενόει πάντα· ἤλγησε κατὰ βουβῶνα· ἔπαρμα τὸ πρῶτον σπληνὸς κατ' ἴξιν, ἔπειτα οἱ πόνοι ἐς ἀμφοτέρας κνήμας· νύκτα εὐφόρως· οὖρα εὐχρούστερα, ὑπόστασιν εἶχε σμικρὴν, λευκήν. Ενάτῃ, ἵδρωσεν· ἐκρίθη· διέλιπε. Πέμπτῃ, ὑπέστρεψεν· αὐτίκα δὲ πάλιν ἐπήρθη· πυρετὸς ὀξύς· κώφωσις πάλιν. Μετὰ δὲ τὴν ὑποστροφὴν, τρίτῃ, πάλιν ἐμεῖτο· κώφωσις ἧσσον· σκέλεα ἐπωδύνως· νύκτα ἵδρωσεν. Εκρίθη ἑπτακαιδεκάτῃ, οὐδὲ παρέκρουσεν ἐπὶ τῇ ὑποστροφῇ.

tur, prorſus ad intelligentiam rediit. Ad inguen doluit, primumque ei tumor ſubortus eſt, quà lieni è directo reſpondebat, deinde dolor ad utramque tibiam tranſiit, nox facilis, urinæ meliùs coloratæ, in quibus quædam alba ſubſidebant. Die nono, ſudore oborto morbus decrevit, intermiſit. Quinto pòſt reverſus eſt die, ſimulque lien in tumorem ſublatus eſt, febris acuta, rurſuſque ſurditas. Tertio poſt recidivam die imminuebatur lienis tumor, minorque ſurditas erat, dolor crura invaſit, noctu ſudore oborto ad decimum ſeptimum diem judicatus eſt, neque in morbi reverſione deliravit.

DEMONSTRATIO.

SÆpiùs demiratus ſum Galenum, medicum maximè Hippocraticum, & in ejus doctrinâ verſatiſſimum, affirmâſſe hunc ægrotum præter ſpem ſuperſtitem fuiſſe, i. e. contra ſancitas præſagiendi leges mortem evaſiſſe. Næ ille haud advertit, quam temerè mendacii infamiam oraculis inuſſit Hippocraticis, quæ ipſe toties & pro meritis divina prædicat; horum enim ſuffragiis morti damnatus nullus unquam reus evaſit. Cùm tantorum ergo virorum nomina periclitantur, viz. vel univerſa Aſclepiadum familia, vel Galeni ſagacitas; quod veritas, quod pietas ſuadet, Hippocrati, medicinæ parenti, ſuccurrendum eſt: Oſtendendo ſuum illibatum remanere præſagiis honorem, altum verò dormiviſſe Pergamenum, quem tamen ſummum in medicina virum quivis doctus & probus confitebitur.

Si clinice curâſſet hunc ægrotum Galenus, proculdubiò aliter ſenſiſſet, nec ſub ſalutaribus adeò ſignis militantem pro deſperato habuiſſet. Sed in hoc deceptus, quantumvis aliàs acutus, animum ad ſymptomata quæ ab Hippocrate referuntur ſolum adhibuit; quæ verò inculpata, & idcircò intacta relinquuntur, neglexit; lethali ſcilicet in urina ſigno perterrefactus, illæſam reſpirationem (quoniam non commemorabatur) parùm videbat. Illæſam autem fuiſſe reſpirationem patet, quòd (ſicut in antecedentibus ægrotis) non culpatur, neque alia recenſita ſymptomata affectam reſpirationem

ſpirationem ullo modo ſupponunt. Nullus quippe colli, capitis, laterum, ventriculi, vel hypochondriorum dolor ante diem quintum adfuit; in primis ergo diebus nullum præter urinas nigras lethale ſignum exſtitit. Ad mortis verò prædictionem non ſufficit unum aliquod lethale ſignum, niſi cætera eodem vergunt; jubemur itaque in morbis acutis omnia ſigna perpendere (1), & eorum vires inter ſe conferre, ut quid ſit futurum ritè prænoſcamus. Urina nigra ſignum ſimpliciter lethale dicitur, reſpiratio autem bona eſt ſignum maximè ſalutare (2); hucuſque igitur vis vitæ æqualis ſaltem, ſi non ſuperior, fuit morbo; ideòque nil aliud medico præſagiendum, quàm nec criſin nec mortem die ſeptimo expectandam fore: Non criſin, quia ſigna coctionis non præceſſere; non mortem, quòd ſigna ſalutaria & lethalia æqualia fuerunt. Fallitur ergo Galenus, cùm ex inſperato ſuperſtitem fuiſſe ægrotum contendit; ſortes enim Hippocraticæ non niſi ancipitem fore morbi exitum, acremque inter vitam & mortem luctam exorituram hactenus denunciant.

Quinto infertur bellum die præcedenti indictum, & paribus inſtructi copiis hoſtes concurrunt; in quem verò propendeat victoria, medici eſt ſtatuere. Primum fecit impetum animoſus morbus aures ſtatim occupans, ibique magno cum tumultu caſtra ponit: Interritæ verò vitales copiæ eodem ipſo die vim vi repellunt, hoſtilis exercitus partem non contemnendam in fugam vertunt, & ad lienem uſque à capite detrudunt; quo pacto relictæ turmæ minori cum negotio ad extrema uſque

imperii, viz. inguina & tibias ſecedere coguntur, & tantoperè confractæ ſunt morbi vires, ut nil magni in poſterum auſus ſit, ſed leviter quaſi velitando copias ſeduxit.

Ex dictis patet, vim vitæ morbo ſaltem ab initio æqualem fuiſſe; die quinto autem ſuperiorem, ad ſplenem abſceſſus demonſtrat. Qui, quamvis inter optimos non ſit, bonus tamen habendus eſt (3), & impetum morbi caput petentis aliquantulùm coercuit. Sed nec litem diremit optimus ille diei octavi abſceſſus, infra ventrem & quam remotiſſimus a morbo. Egregios autem habuit effectus, delirium fugavit, ſomnum conciliavit, urinas purgavit, & criſin die nono cum febris intermiſſione excitavit. Decimo quarto verò revertit, quoniam plenæ coctionis ſigna judicationem non præceſſere (4); ſed de recidivâ bene ſperare decet, quòd neque urinæ nigræ, nec delirium revertuntur; & ad ſplenem abſceſſus cavet, ne quid mali renovata ſurditas produceret. Quo verò die perfecta criſis futura ſit, lectori non conſtat; quòd ſtatus cruditatis vel coctionis poſt recidivam non indicatur. Ex incepta tamen die octavo coctione, veriſimile eſt die decimo quarto perfectæ coctionis veſtigia extitiſſe.

ΠΡΟΓ-

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΧΡΗ δὲ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς προγινώσκειν τοὺς περιεσομένους, καὶ τοὺς ἀποθανουμένους, ὅσοισί τε ἂν μέλλῃ πλέονας ἡμέρας παραμένειν τὸ νόσημα, καὶ ὅσοισι ἂν ἐλάσσους, τὰ σημεῖα ἐκμανθάνοντας πάντα δύνασθαι κρίνειν, λογιζόμενον τὰς δυνάμειας πρὸς ἀλλήλας, ὥσπερ γε διαγέγραπται.

2. Εὔπνοιαν δὲ χρὴ νομίζειν κάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν ἐς σωτηρίην ἐν ἅπασι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι, ὅσα σὺν πυρετοῖσίν ἐστι, καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνεται.

3. Ἀποστάσιες—χρησταὶ δὲ αἱ κάτω τῆς νόσου, οἷον κιρσοί, ὀσφύος βάρεα ἐκ τῶν ἄνω. Ἄρισται δὲ μάλιστα αἱ κατωτάτω

1. QUI verò rectè prænoſcere volet & ſuperſtites futuros, & morituros, & quibus per plures dies, & quibus ad pauciores morbus duraturus eſt, eum ſigna omnia ediſcere, & judicare poſſe convenit; ita ut vires ipſorum inter ſe conferendo expendat, quemadmodum ſcriptum eſt. Prænot. S. 26.

2. Oportet autem exiſtimare bonam reſpirationem magnam vim habere ad ſalutem in omnibus acutis morbis, qui cum febribus ſunt, & in quadraginta diebus judicantur. Prænot. S. 4.

3. Abſceſſus---boni autem ſunt, qui infra morbum ſunt, velut varices, lumborum gravitates ex ſupernis. Optimi verò potiſſimum

τάτω κοιλίης, καὶ προσωτάτω ἀπὸ τοῦ νούσου.

mum ſunt inferni & longiſſimè infra ventrem, & remotiſſimi à morbo. M. Pop. P. 687. No. 50.

4. Ὠμὰ δὲ, καὶ ἄπεπτα, καὶ ἐς κακὰς ἀποστάσιας τρεπόμενα, ἀκρισίας, ἢ πόνους, ἢ χρόνους, ἢ θανάτους, ἢ τῶν αὐτῶν ὑποστροφάς. Ὅτι δὲ τουτέων ἔσται μάλιστα, σκέπτεον ἐξ ἄλλων.

4. Cruda verò, & inconcocta, & in malos abſceſſus converſa, aut acriſias, aut dolores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut eorundem recidivas. Quod verò ex his potiſſimùm futurum ſit, ex aliis conſiderandum eſt. M. Pop. P. 661. No. 90.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

27. ΕΝ Θάσῳ Φιλίνου γυναῖκα, θυγατέρα τεκοῦσαν, καὶ κατὰ φύσιν καθάρσιος γινομένης, καὶ ἄλλα κούφως διάγουσαν, τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐοῦσαν μετὰ τὸν τόκον, πῦρ ἔλαβε μετὰ ῥίγεος. Ἤλγεε δὲ ἀρχομένη καρδίην, καὶ ὑποχόνδριον δεξιόν· γυναικείων πόνοι· κάθαρσις ἐπαύσατο· προσθεμένῃ δὲ, ταῦτα μὲν ἐκουφίσθη. Κεφαλῆς δὲ, καὶ τραχήλου, καὶ ὀσφύος πόνοι παρέμενον· ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν· ἄκρεα ψυχρά· διψώδης· κοιλίη ξυνεκαύθη· σμικρὰ

διιεῖ

ÆGER QUARTUS.

27. PHilini uxorem in Thaſo, quæ filiam pepererat, cùm ex naturæ præſcripto purgationes procederent, cæteraque leviter haberet, decimo quarto poſt partum die, ignis, hoc eſt, febris vehementiſſima, cum rigore prehendit. Huic circa exordia oris ventriculi dolor contigit & præcordiorum dextrorum, locorum muliebrium dolores, purgatio defecit. Ex ſubdito autem peſſo iſta quidem allevata ſunt, capitis verò & cervicis lumborumque dolores perſeverabant, ſomni non aderant, extrema frigida, ſitibunda erat, alvus aduſta pauca demittebat. Urinæ tenues, & per ini-

tia

διήει οὖρα λεπτὰ, ἄχροα κατ' ἀρχάς. Εκταίη ἐς νύκτα παρέκρουσε πολλὰ, καὶ πάλιν κατενόει. Εβδόμη, διψώδης· διαχωρήματα χολώδεα, κατακορέα. Ογδόη, ἐπερρίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· σπασμοὶ πολλοὶ, μετὰ πόνου· πολλὰ παρέλεγεν· ἐξανίστατο βάλανον προσθεμένη. Πολλὰ διῆλθε μετὰ περιρρόου χολώδεος· ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν. Ενάτη, σπασμοί. Δεκάτη, σμικρὰ κατενόει. Ενδεκάτη, ἐκοιμήθη· πάντων ἀνεμνήσθη, ταχὺ δὲ πάλιν παρέκρουσεν. Οὔρει δὲ μετὰ σπασμῶν ἀθρόον, πουλὺ, ὀλιγάκις ἀναμιμνησκόντων, παχὺ, λευκόν· οἷα γίνεται ἐκ τῶν καθισταμένων, ὅταν ἀναταραχθῇ κείμενον πουλὺν χρόνον·

tia decolores. Sexto die ad noctem multùm deliravit, rurſuſque ad intelligentiam rediit. Septimo ſiticuloſa, dejectiones климатиoſæ, in plenum & affatim coloratæ. Octavo, novo rigore ſuborto febris acuta prehendit, convulſiones multæ non ſine dolore, multùm deliravit. Glande ſubditâ ad deſidendum exſurrexit, multaque prodierunt cum biliofo affluxu. Somnum capere non poterat. Nono convulſiones, decimo aliquantulùm mente conſtabat, undecimo dormivit, omnia in memoriam ſubierunt, ſed ſtatim rurſus deliravit. Convulſa autem urinam confertim multam reddidit, raro ab iis qui aſſidebant admonita, craſſam, albam (quale quid in ſubſidentibus urinis viſitur, quæ longo intervallo in matulâ depoſitæ & reſervatæ returbantur) eaque non ſubſidebant, ſed colore

χρόνον· οὐ καθίστατο· χρῶμα, καὶ πάχος ἴκελον οἷον γίνεται ὑποζυγίου· τοιαῦτα οὖρα, οἷα κἀγὼ εἶδον. Περὶ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐούσῃ, παλμοὶ δι' ὅλου τοῦ σώματος· λόγοι πολλοί· σμικρὰ κατενόει, διὰ ταχέων δὲ πάλιν παρέκρουσε. Περὶ δὲ ἑπτακαιδεκάτην ἐοῦσα ἦν ἄφωνος. Εἰκοστῇ, ἀπέθανεν.

colore & craſſitudine veterini generis urinas referebat. Atque iſtiuſmodi fuerunt urinæ, quas videre licuit. Ad decimum quartum diem totum corpus palpitationes occupârunt, multùm loquebatur, aliquantulùm mente conſtabat, ſed confeſtim rurſus deſipuit. Circa decimum ſeptimum voce defecta eſt, vigeſimo obiit.

DEMONSTRATIO.

NEC qualis fuerat in hâc ægrotâ reſpiratio, memoriæ traditum eſt; ergò pro confeſſo ſumetur, eam pro magnitudine morbi ſatis integram fuiſſe. Nec fieri poteſt, quin puerpera hæc validis admodùm viribus conſtaret; delicatula enim graviſſimos hoſce morbi inſultus ad vigeſimum diem haud ſuſtinuiſſet. A capite enim ad calcem morbus univerſum corpus occupavit, cerebrum invaſere vigiliæ, ſitis fauces exſiccavit, alvus contenta exuſſit, uterus ab officio ceſſavit, urina cruda & maligna, & frigore congelantur extrema. Si ſpecifica uniuſcujuſque diei ſymptomata ſingulatim tradidiſſet Hippocrates, minimè dubitem, quin aliæ etiam cauſæ (præter eas quæ jam ſupponuntur) reperirentur, cur mulier hæc ſeptimum diem ſuperavit; hoc eſt, robur corporis quibuſdam ſe manifeſtaſſet ſignis, quæ longitudinem morbi indicaſſent. Hujuſmodi quid ex ipſis urinis hariolari licet, circa initia decolores erant, i. e. omnino pallidæ, nullo colore imbutæ; quæ verò ab initio coloris expertes erant, circa quartum aut quintum diem ſimpliciter tenues dicuntur, i. e. paululùm quàm in principio craſſiores. Si medicus Hippocraticus talem in urinis mutationem obſervaſſet, morbum ultra ſeptimum productum iri prædicere non dubitaſſet (1), licet ex alio aliquo ſigno mortem priùs ſubodoratus fuiſſet. Huic quoque conjecturæ favebunt die ſexto ſubita delirii ad reſipiſcentiam mutatio, & ſeceſſus

ceſſus die ſeptimo bilioſi, qui hactenus combuſti & pauci excreti ſunt. Mutationes autem hæ, quamvis morbi longitudinem ſignificant, non tamen periculum tollunt (2); talia enim alvi excrementa increſcentis morbi ſigna ſunt, & perpetuò damnantur (3). Sed die octavo novus ſubortus rigor horrendus eſt, tum quod in phreniticis peſſimum ſignum habetur (4), tum quod inter judicatoria cùm æſtimetur (5), ne minimùm quidem judicavit (6). Vice enim levaminis, morbus ſæviſſimè bacchatur; deliriis quippe, vigiliis, & convulſionibus multis, fretus & adjutus. Sed ex diris his ſymptomatis inopinatum gaudium exoritur, viz. die decimo paululùm reſipiſcebat, undecimo dormivit, & omnium recordatur. Lætis & fauſtis hiſce quis è medicorum vulgo non ægrotanti gratularetur, bono eſſe animo jubens, & rem pulchrè procedere clamans? Vanam autem lætitiam medicus Hippocraticè doctus ſolus reprimet, infidis & παραλογοῖς hiſce quam minimè credulus; probè conſcius, quod fluxa & fugacia hæc diu durare non ſolent (7). Imò mortem potiùs quam ſalutem augurabitur, animadvertens ſpecioſa hæc levamina ex pernicioſis ſignis (8), viz. convulſionibus, & pravis criſibus oriri; & die decimo quarto haud dubie ſuccubuiſſet, ni ſubita & magna illa in urinis mutatio mortem diſtuliſſet. Nam quæ hactenus tenues erant, craſſæ jam & magna quantitate prorupêre; natura tanto levata onere morbum diutiùs ſuſtinuit, acriterque die decimo quarto pro aris & focis præliando, delirium paululùm repulit. Pervicax autem hoſtis illicò converſus vitæ ſatellites, inſtar fulminis, proſtravit;

conclamatum itaque eſſe de ægroto die decimo ſeptimo oracula Aſclepiadum ubique reſonant. Convulſionibus (9) nempe cum delirio (10) & rigoribus (11) ſuperveniens *ἀφωνία*, die proximo judicatorio vitæ terminum impoſuit.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν, ἐὰν μεταβολὰς ἔχῃ τὸ οὖρον, χρόνον σημαίνει.

1. In febribus mutationes ſi habuerit urina, longitudinem ſignificat. Judicat. S. 7.

2. Δύσκριτα καὶ ἀβέβαια τὰ τοιαῦτα.

2. Ægrè judicant & inconſtantes ſunt tales, viz. urinæ. Judicat. S. 7.

3. Αἱ ἐς ἄκρητα τελευτῶσαι καθάρσιες, ἐν πᾶσι παροξυντικαί.

3. Meracæ deſinentes purgationes, omnibus quidem exacerbatoriæ. Prædict. S. 15.

Τὸ ποικίλον κατακορὲς διαχώρημα, φλαῦρον.

Alvi egeſtio varia abundè colorata, mala eſt. Co. S. 6. No. 23.

4. Ῥῖγος ἐπὶ τουτέοισι, κάκιστον.

4. Rigor in his (viz. phreniticis) peſſimum. Prædict. S. 2.

5. Ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ ῥῖγος ἐπιγενόμενον, λύσις.

5. A febre ardente occupato ſi rigor acceſſerit, ſolutio fit. Prædict. S. 11. Aph. S. 4. No. 48.

Καύσου, ῥίγεος ἐπιγενομένου, λύεται.

Febris ardens, rigore ſuperaccedente, ſolvitur, Co. S. 1. No. 188.

6. Τὰ

6. Ju-

6. Τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα, τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα.

6. Judicatoria non judicantia, partim lethalia, partim difficilis judicii. M. Pop. P. 686. No. 34.

7. Τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν οὐ δεῖ πιστεύειν, οὐδὲ φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παραλόγως. Τὰ γὰρ πολλὰ τῶν τοιουτέων ἐστὶν ἀβέβαια, καὶ οὐ πάνυ τοι διαμένειν, οὐδὲ χρονίζειν εἴωθε.

7. His qui non ſecundum rationem levant credere non oportet, neque timere valde quæ præter rationem fiunt mala. Multa enim horum inconſtantia ſunt, nec admodum permanere, nec durare ſolent. Aph. S. 2. No. 27.

8. Τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥαστωνήσαντα, θάνατον σημαίνει.

8. Pernicioſa ſine ſignis levantia, mortem indicant. Prædict. S. 6.

9. Αἱ ἐν πυρετοῖσιν ἀφωνίαι, σπασμώδεα τρόπον ἐκστᾶσαι σιγῇ, ὀλέθριον.

9. Vocis interceptiones in febribus, convulſorio modo contingentes, ſi ad mentis emotionem cum ſilentio deveniunt, pernicioſum. Prædict. S. 7.

10. Αἱ μετὰ ἀφωνίης ἐκστάσιες, ὀλέθριαι.

10. Cùm vocis defectione mentis emotiones, pernicioſæ. Co. S. 2. No. 177.

11. Αἱ τοῖσιν ἐπιρριγέουσιν ἀφωνίαι, θανάσιμον.

11. Vocis defectiones rigore ſubinde correptis, lethale. Coac. S. 2. No. 178.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

28. Ἐπικράτεος γυναῖκα, ἣ κατέκειτο παρὰ Ἀρχιγέτην, περὶ τόκον ἤδη ἐοῦσαν, ῥῖγος ἔλαβεν ἰσχυρῶς· οὐκ ἐθερμάνθη, ὡς ἔλεγον· καὶ τῇ ὑστεραίῃ τοιαῦτα. Τρίτῃ δὲ, ἔτεκε θυγατέρα, καὶ τ' ἄλλα πάντα κατὰ λόγον ἦλθε. Δευτέρῃ μετὰ τόκον, ἔλαβε πυρετὸς ὀξύς· καρδίης πόνος, καὶ γυναικείων. Προσθεμένη δὲ, ταῦτα μὲν ἐκουφίσθη· κεφαλῆς δὲ, καὶ τραχήλου, καὶ ὀσφύος πόνος· ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν. Ἀπὸ δὲ κοιλίης ὀλίγα, χολώδεα, λεπτὰ διῄει ἄκρητα· οὖρα λεπτὰ ὑπομέλανα. Ἀφ' ἧς δὲ ἐλάμβανε πῦρ, ἐς νύκτα ἕκτην παρέκρουσεν. Ἑβδόμη, πάντα παρωξύνθη· ἄγρυπνος· παρέκρουσε· διψώδης· διαχωρήματα πάντα χολώδεα, κατακορέα.

ÆGER QUINTUS.

28. Epicratis uxor, quæ apud Archigeten decumbebat, cùm jam partus inſtaret, vehementi rigore correpta eſt, nec (ut aiebant) incaluit, & poſtridie eadem adfuerunt. Tertio die filiam peperit, cæteraque omnia rite atque ordine proceſſerunt. Altero à partu die eam febris acuta prehendit, cum oris ventriculi & locorum muliebrium dolore. Quæ quidem omnia ex ſubdito peſſo allevata ſunt, ſed tum capitis, tum cervicis ac lumborum dolor invaſit, neque ſomni ulli aderant. Ex alvo pauca, bilioſa, tenuia & ſincera demiſit, cum urinis tenuibus & nigricantibus. Sexto poſtquam febris corripuit die, ſub noctem deliravit. Septimo, exaſperata ſunt omnia, cum pervigilio deſipuit, ſitibunda fuit, ex alvo bilioſa

τικορέα. Ογδόη ἐπερρίγωσεν· ἐκοιμήθη πλείω. Ενάτη, διὰ τῶν αὐτῶν. Δεκάτη, σκέλεα ἐπιπόνως ἤλγει· καρδίης πάλιν ὀδύνη· καρηβαρίη· οὐ παρέκρουσεν· ἐκοιμᾶτο μᾶλλον· κοιλίη ἐπέστη. Ενδεκάτη, οὔρησεν εὐχροώτερα, συχνὴν ὑπόστασιν ἔχοντα· διῆγε κουφότερον. Τεσσαρεσκαιδεκάτη, ἐπερρίγωσε· πυρετὸς ὀξύς. Πεντεκαιδεκάτη, ἤμεσε χολώδεα, ξανθά, ὑπόσυχνα· ἵδρωσεν ἄπυρος· ἐς νύκτα δὲ πυρετὸς ὀξύς· οὖρα πάχος ἔχοντα· ὑπόστασις λευκή. Εξκαιδεκάτη, παρωξύνθη νύκτα, καὶ δυσφόρως· οὐχ ὕπνωσε· παρέκρουσεν. Οκτωκαιδεκάτη, διψώδης· γλῶσσα ἐπεκαύθη· οὐχ ὕπνωσε, παρέκρουσε πολλά· σκέλεα ἐπωδύνως εἶχε· περὶ δὲ εἰκοστὴν,

lioſa omnia abundéque colorata ſeceſſerunt. Octavo, rurſus ſuborto rigore liberaliùs quievit. Nono, iiſdem perſeverantibus; decimo moleſtus crurum rurſuſque oris ventriculi dolor invaſit cum capitis gravitate & abſque delirio, aliquantò plus dormivit, alvus ſubſtitit. Undecimo, meliùs coloratas urinas cum copioſo ſedimento reddidit, leviùs habuit. Decimo quarto, ſuborto novo rigore febris acuta prehendit. Decimo quinto, bilioſa, flava, ſubfrequentia vomitione refuſa ſunt, ex ſudore febris reliquit. Sub noctem febris acuta, urinæ craſſæ, quæ album habebant ſedimentum. Quibus decimo ſexto ad noctem ingraveſcentibus, moleſtè habuit, non dormivit, deliravit. Decimo octavo, ſitibunda fuit, lingua retorrida, non dormivit, multùm deliravit, crurum dolor infeſtavit. Ad vigeſimum, mane parvo ſuborto

στὴν, περὶ σμικρὰ ἐπεῤῥίγωσε· κωματώδης δὲ ἡσυχίης ὕπνωσεν· ἤμεσε χολώδεα, ὀλίγα, μέλανα· ἐς νύκτα κώφωσις. Περὶ δὲ πρώτην καὶ εἰκοστὴν, πλευροῦ ἀριστεροῦ βάρος δι' ὅλου μετ' ὀδύνης· σμικρὰ ἐπέβησσεν. Οὖρα δὲ παχέα ἔχοντα, θολερὰ, ὑπέρυθρα· κείμενα οὐ καθίστατο· τὰ δ' ἄλλα κουφοτέρως· οὐκ ἄπυρος. Αὖθις δ' ἐξ ἀρχῆς φάρυγγα ἐπωδύνως· ἔρευθος· κίων ἀνεσπασμένος· ῥεῦμα δριμὺ, δακνῶδες, ἁλμυρῶδες διὰ τέλεος παρέμενε. Περὶ δὲ εἰκοστὴν ἑβδόμην, ἄπυρος· οὔροισιν ὑπόστασις· πλευρὸν ὑπήλγει. Περὶ δὲ τετάρτην καὶ τριακοστὴν, πῦρ ἐλάβετο· κοιλίη χολώδεσιν ὑπεταράχθη. Ημεσε τῇ τεσσαρακοστῇ ὀλίγα χολώδεα. Εκρίθη· τελέως ἄπυρος τῇ ὀγδοηκοστῇ.

ſuborto rigore ſopor tenuit, placidè dormivit, biliosa pauca, nigra vomuit, ſub noctem ſurditas oborta eſt. Circiter verò vigeſimum primum, ſiniſtrum latus undique gravitas cum dolore occupavit, parvâ inſuper ſubortâ tuſſi; urinæ craſſæ, turbulentæ, ſubrubræ, quæ depoſitæ non ſubſederunt. Cætera verò leviùs habuit, neque à febre immunis fuit. Statim per exordia faucium dolor & rubor adfuit, columella contracta fuit, fluxio acris, mordax & ſalſa ad extremum perſeveravit. Ad vigeſimum ſeptimum diem, febre libera, urinæ cum ſedimento aderant, latus aliquantulùm doluit. Ad trigeſimum verò quartum febris corripuit, alvum bilioſa conturbârunt. Quadrageſimo, pauca bilioſa vomuit. Octogeſimo, judicatione prorſus eſt abſoluta & febre liberata.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

HUJUS & ſubſequentis ægroti licèt ad octogeſimum uſque diem febris protracta ſit, ejus tamen progreſſum ultra vigeſimum (quod & in cæteris omnibus inſtituti eſt noſtri) non indagabimus; quoniam nondum experientiâ ſatis compertum eſt, quid valeant dies critici, vel quibus legibus ultra hunc terminum gubernantur. Haud leve tamen quid in re medica veteres præſtitiſſe mihi videntur, ſi præcepta obſervationibus confirmata tradiderunt, quibus inſtructi, durationem & mutationes quæ in morbis acutis occurrunt ad vigeſimum diem prævidere valeamus. Horum utinam veſtigiis recentiores inſtitiſſent, tum re quidem, non verbis, locupletata fuiſſet praxis medica, & ad centeſimum fortè diem prognoſticorum extenſus fuiſſet honos.

Quæcunque hujus febris primis diebus ſymptomata occurrunt, delirii, vehementiæ, & diuturnitatis ſigna habentur; capitis dolor cum vigiliis delirium ſignificat (1), quod ſexto die comparuit; hiſque ſuperincidentes colli dolor (2), & dejectiones puræ (3), permanente etiam dolore capitis (4), morbi vehementiam & periculum notant. Septimo ergo, omnia exacerbata ſunt, cum ſignis etiamnum exacerbandæ febris, viz. dejectionibus biliofis, puris, renovatis. Excretorum tenuitas, i. e. cruditas (5), quæ ad undecimum morbi diem duravit, & frequentes imperfectæ judicationes diuturnitatis inſimulant febrem (6). Die oc-

tavo nempe imperfectè judicata eſt cum rigore, unde meliùs dormivit. Die decimo alteram judicationem imperfectam, mediante crurum dolore (7), paſſa eſt; dolores enim à morbo remoti, abſceſſûs ſpeciem præ ſe ferunt. Hinc ergo delirium ceſſavit, meliùs dormivit, & οὔρησεν εὐχροώτερα cum ſubſidentiâ multâ, & meliùs ſe habuit. Novo rurſus ſuborto rigore, vomitu & ſudore multo die decimo quinto febris judicabatur; quæ citò nihilominùs revertit, quòd coctionis ſigna nondum illuxerant.

Quædam etiamnum in hâc puerperâ illuſtranda reſtant, viz. cur poſt largam in urinis ſubſidentiam die undecimo, vomitione & ſudore die decimo quinto febris non integrè judicata fuit? Reſpondeo, quoniam urinæ non benè coloratæ erant, dicuntur enim ſolummodo meliùs coloratæ; deinde ſubſidentia erat συχνὴ, i. e. multa vel continua, non autem alba (8), lævis, & æqualis, quæ perfectæ coctionis notæ ſunt. Idem die decimo quinto de urinâ craſſâ cum ſedimento albo cenſendum eſt; prædictæ etenim urinæ non modò non coctæ ſunt, ſed etiam multum temporis ad coctionem exegerunt, ideòque meritò diuturnitatem morbi præmonſtrabant (9).

Si dicatur autem quod coma rigori ſuperveniens die vigeſimo ſit ſymptoma maximè metuendum, & quod medentis animum diſtrahere aptum ſit; regeratur, minimè; quoniam prægreſſa quæque phænomena morbum longum promiſerunt. Ergo in tali caſu, nullum inopinatum ſymptoma medicum Hippocraticum terrebit; quoniam non ex uno, ſed ex

omnibus

omnibus ſignis conjecturam facere oportet. Sin timido, vel puſillo, hoc minùs ſufficiat, audiat quid Hippocrates in hoc ipſo caſu præſagit. Dicito (ait) his nigrum vomitum expectandum eſſe (10). Et ſanè qui capitis & oris ventriculi doloris in principio morbi non obliviſcitur (11), hâc obſervatione vix indigebit, ut cauſam vel effectum oborti comatis intelligat.

Incuſandum obiter Galenum vel incuriæ vel erroris cenſeo, qui nullum ante undecimum diem ſignum apparuiſſe opinatur, unde mors vel vita expectanda ſit; quandoquidem patet poſt criticum diei octavi conatum, ægrotum meliùs dormiviſſe, idem die nono duravit, & decimo poſt abſceſſum cruris cum intermiſſione delirii meliùs adhuc dormivit. Cùm hæc morbi levamina non contra ſed maximè ſecundum rationem evenerunt, & tres dies continuos durarunt, nequeo non in ea eſſe ſententia, quod firmitatis & virium corporis indicia non ambigua præbentur, nam quæ præter rationem bona emergunt, nec diu durare nec permanere ſolent.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΚΕφαλαλγίη ἐν ὀξέι,—μὴ ῥυέντος αἵματος ἐκ ῥινέων, ἐς φρενιτικὸν περιΐσταται.

1. CApitis dolor in morbo acuto, non profluente ſanguine ex naribus, ad phrenitidem devenit. Co. S. 1. No. 170.

2. Τραχήλου πόνος κακὸν ἐν παντὶ πυρετῷ, κάκιστον δὲ οἷσιν ἐκμανῆναι ἐλπὶς.

2. Colli dolor malum eſt in omni febre, peſſimum verò in his quibus timor eſt ut inſaniant. Prædict. S. 9.

3. Αἱ ἐς ἄκρητα τελευτῶσαι καθάρσιες, ἐν πᾶσι παροξυντικαί.

3. Meracæ deſinentes purgationes, omnibus ſunt exacerbatoriæ. Prædict. S. 15.

4. Κεφαλῆς δ' ὀδύναι ἰσχυραί τε, καὶ συνεχέες, ξὺν πυρετῷ, ἢν μέν τι τῶν θανατωδέων σημείων προσγίνοιτο, ὀλέθριον κάρτα.

4. Capitis dolores fortes & continui, ſi quid lethalium ſignorum acceſſerit, pernicioſi valde ſunt. Prænot. S. 22.

5. Πεπασμοὶ ταχύτητα κρίσιος, καὶ ἀσφαλείην ἐς ὑγιείην σημαίνουσι. Ὠμὰ δὲ, καὶ ἄπεπτα, καὶ ἐς κακὰς ἀποστάσιας τρεπόμενα, ἀκρισίας, ἢ πόνους, ἢ χρόνους,

5. Coctiones celeritatem judicationis, & ſecuritatem ſanitatis ſignificant. Cruda verò, & incocta, & in malos abſceſſus converſa, acriſias aut labores, aut diuturnitatem, aut

νους, ἢ θανάτους, ἢ τὰς αὐτῶν ὑποστροφάς. Ὅτι δὲ τουτέων ἔσται, μάλιστα σκέπτεον ἐξ ἄλλων.

6. Κρίσιες δὲ, καὶ ἀφέσιες τῶν καῦσον σημαινόντων, μακρότερα ἡ νοῦσος.

7. Ἀποστάσιες ἢ διὰ φλεβῶν, ἢ διὰ ὀστέων, ἢ νεύρων, ἢ δέρματος, ἢ ἐκ τροπέων ἑτέρων. Χρησταὶ δὲ αἱ κάτω τῆς νούσου, οἷον κιρσοὶ, ὀσφύος βάρεα ἐκ τῶν ἄνω.

8. Τὸ δὲ οὖρον ἄριστόν ἐστιν, ὅταν ἔη λευκή τε ἡ ὑπόστασις, καὶ λείη, καὶ ὁμαλὴ, παρὰ πάντα τὸν χρόνον, ἐς τ᾽ ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος.

9. Οὔρων δὲ ἢν τὸ μὲν οὐρηθὲν μὴ καθαρὸν ᾖ, τὸ δὲ ὑπόστημα λευκόν τε, καὶ λεῖον ἔχῃ, χρονιωτέρη ἡ κρίσις.

10. Τοῖσι

aut mortem, aut recidivas. Quod verò ex his potiſſimùm futurum ſit, ex aliis conſiderandum eſt. M. Pop. P. 661. No. 90.

6. Judicationes verò, & remiſſiones eorum quæ febrem ardentem ſignificant, longiorem morbum faciunt. Judicat. S. 4.

7. Abſceſſus aut per venas, aut per oſſa, aut nervos, aut cutem, aut alias emotiones. Utiles autem ſunt qui infra morbum fiunt, velut varices, lumborum gravitates ex ſupernis. M. Pop. P. 687. No. 45.

8. Optima verò urina eſt, quum fuerit alba ſubſidentia, & lævis, & æqualis per totum tempus, donec judicatus fuerit morbus. Prænot. S. 11.

9. In urinis autem ſi id quod mictum eſt purum non ſit, ſubſidentiam verò albam & lævem habeat, diuturnior fit morbus. Judicat. S. 6.

10. Qui

10. Τοῖσι ποικίλως διανοσέουσι, καὶ παρακρούουσι, πυκνὰ κωματώδεσι, προσδέχεσθαι λέγε μέλανα ἔμετον.

10. Qui variè ægrotant, & mente moventur, ſi ſubinde ſopor invadat, dicito his nigrum vomitum expectandum eſſe. Co. S. 1. No. 148.

11. Ὅστις δ' ἂν ἐν πυρετῷ μὴ θανατώδει φῇ τὴν κεφαλὴν ἀλγέειν, ἢ καὶ ὀρφνῶδές τι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαίνεσθαι, ἢν καὶ καρδιωγμὸς τουτέῳ προσγένηται, χολώδης ἔμετος παρέσται.

11. Quicunque in febre non lethali dixerit ſibi caput dolere, aut etiam præ oculis obſcurum quiddam apparere, ſi & oris ventriculi morſus huic acceſſerit, ei bilioſus vomitus aderit. Prænot. S. 25.

Οἷσι δὲ βάρεα μὲν ὅλης τῆς κεφαλῆς, καρδιωγμοὶ δὲ, καὶ ἀσώδεες εἰσιν, ἐπανεμέουσι χολώδεα καὶ φλεγματώδεα.

Quibus gravitas totius capitis, & oris ventriculi morſus adſunt, & nauſeabundi, hi bilioſa & pituitoſa vomunt. M. Pop. P. 662. No. 99.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΚΤΟΣ.

29. Κλεονακτίδην, ὃς κατέκειτο ἐπάνω τοῦ Ἡρακλείου, πῦρ ἔλαβε πεπλανημένως· ἤλγει δὲ καὶ κεφαλὴν ἐξ ἀρχῆς, καὶ πλευρὸν ἀριστερόν· καὶ τῶν ἄλλων πόνοι, κοπιώδεα τρόπον. Οἱ πυρετοὶ παροξυνόμενοι, ἄλλοτε * ἀλλοίως ἀτάκτως· ἱδρῶτες, ὅτε μὲν, ὅτε δ' οὔ. Τὰ μὲν πλεῖστα ἐπεσήμαινον οἱ παροξυσμοὶ, ἐν κρισίμοισι μᾶλλον. Περὶ δὲ εἰκοστὴν τετάρτην, χεῖρας ἄκρας ἐψύχετο· ἤμεσε χολώδεα, ξανθὰ, ὑπόσυχνα, μετ' ὀλίγον δὲ ἰώδεα· πάντων ἐκουφίσθη. Περὶ δὲ τριακοστὴν ἐόντι, ἤρξατο ἀπὸ

ῥινῶν

ÆGER SEXTUS.

29. CLeonactidem, qui ſupra Heraclium decumbebat, ignis, hoc eſt, febris vehemens, vago & incerto quodam ordine prehendit. Capitis & lateris ſiniſtri circa initia dolor adfuit, cæterorumque membrorum perinde ac ex laſſitudine labores. Febrium acceſſiones aliæ ſubinde abſque ullo ordine, & nunc quidem ſudores, nunc verò minimè. Febrium inſultus, ut plurimùm, diebus decretoriis ferè invadebant. Ad vigeſimum quartum diem extremæ manus frigeſcebant, vomitione refuſa ſunt bilioſa, flava, ſubfrequentia, non longè verò pòſt, virulenta, quibus omnibus levatus eſt. Circiter trigeſimum, ſanguis fluere

ex

* Legunt omnes, ἀλλοίως. Etiam cap. 4. p. 6. ubi cæteri legunt ἄλλοι ὡς, Lindanus habet ἀλλοίως. Quæ fortaſſe verior eſt lectio.

ῥινῶν αἱμοῤῥαγεῖν ἐξ ἀμφοτέρων, καὶ ταῦτα πεπλανημένως κατ' ὀλίγον μέχρι κρίσιος· οὐκ ἀπόσιτος δὲ, οὐδὲ διψώδης παρὰ πάντα τὸν χρόνον, οὐδὲ ἄγρυπνος· οὖρα δὲ λεπτὰ, οὐκ ἄχροα. Περὶ δὲ τεσσαρακοστὴν ἐὼν, οὔρησεν ὑπέρυθρα, ὑπόστασιν πολλὴν, ἐρυθρὴν ἔχοντα· ἐκουφίσθη· μετὰ δὲ ταῦτα ποικίλως τὰ τῶν οὔρων, ὅτε μὲν ὑπόστασιν εἶχεν, ὅτε δὲ οὔ. Ἑξηκοστῇ, οὔροισιν ὑπόστασις πολλὴ, καὶ λευκὴ, καὶ λείη· ξυνέδωκε πάντα· πυρετοὶ διέλιπον· οὖρα δὲ πάλιν λεπτὰ μὲν, εὔχροα δέ. Ἑβδομηκοστῇ ἄπυρος, διέλιπεν ἡμέρας δέκα. Ὀγδοηκοστῇ, ἐπεῤῥίγωσε· πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβεν· ἵδρωσε πολλῷ· οὔροισιν ὑπόστασις ἐρυθρὴ, λείη. Τελείως ἐκρίθη.

ex utrâque nare cœpit, idque inconſtanter paulatim ad judicationem uſque, ſed nec cibum averſabatur, nec ſiticuloſus toto tempore fuit, neque verò inſomniâ torquebatur, urinæ tenues, non tamen decolores erant. Ad quadrageſimum verò, ſubrubra minxit, cum ſedimento multo rubro, leviùs habuit. Poſt quæ variè ſe habuerunt urinæ, ut quæ interdum ſedimentum haberent, interdum verò nequaquam. Sexageſimo, urinis ſedimentum multum, album & læve adfuit, remiſſa ſunt omnia, febris intermiſit. Urinæ verò iterum tenues quidem, boni coloris tamen. Die ſeptuageſimo à febre liber fuit, quæ dies decem intermiſit. Octogeſimo, rigore oborto febris acuta prehendit, ſudor multus, urinis ſedimentum rubrum, læve adfuit. Quibus perfecta judicatio ſucceſſit.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

URINÆ ad trigeſimum vel quadrageſimum diem tenuitas (1), vagæ & inordinatæ febris acceſſiones (2), crebræ judicationes non judicantes (3), viz. ſudores, vomitiones, & hæmorrhagiæ, febris prolixitatem in quolibet progreſſûs ſtadio demonſtrant. Præviſâ igitur morbi duratione, proximè incumbit medico, ut quid ſit periculi maturè prænoſcat. Minimè autem in vado eſſe res ægrotantis, pertinax & producta urinæ cruditas proclamat; periculum enim eſſe ſuſpicio eſt, ne vires non ſufficiant dum tales urinæ coquantur (4). Ex viribus ergo ſolis ægroti, lites decernendæ ſunt; has autem validas admodum & integras eſſe innuunt illæſus appetitus (5), vigiliarum & ſitis abſentia (6), quæ ad diem quadrageſimum, incipiente tunc coctione, perdurarunt: Nunc enim urinam ſubrubram cum ſubſidentiâ ſubrubrâ, & poſtea urinam variam, modò cum ſubſidentiâ, modò vacantem minxit. Tales urinæ morbi quidem longitudinem promittunt (7), ſed quæ periculo omnino vacat. Die ſexageſimo, mutatum eſt ſedimentum ſubrubrum in album & læve, quod febris ad exitum properantis indicium eſt; intermiſit ergo poſtea ad decem dies, & octogeſimo perfectè judicabatur.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Πεπασμοὶ ταχύτητα κρίσιος, καὶ ἀσφαλίην ἐς ὑγιείην σημαίνουσι. Ὠμὰ δὲ, καὶ ἄπεπτα, καὶ ἐς κακὰς ἀποστάσιας τρεπόμενα, ἀκρισίας, ἢ πόνους, ἢ χρόνους, ἢ θανάτους, ἢ τῶν αὐτῶν ὑποστροφάς. Ὅτι δὲ τουτέων ἔσται μάλιστα, σκέπτεον ἐξ ἄλλων.

1. COctiones celeritatem judicationis, & ſecuritatem ſanitatis ſignificant. Cruda verò, & incocta, & in malos abſceſſus converſa, acriſias, aut labores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut recidivas. Quod verò ex his potiſſimùm futurum ſit, ex aliis conſiderandum eſt. M. Pop. P. 661. No. 90.

2. Κρίσιες δὲ, καὶ ἀφέσιες τῶν καῦσον σημαινόντων, μακρότερα ἡ νοῦσος.

2. Judicationes verò, & remiſſiones eorum quæ febrem ardentem ſignificant, longiorem morbum faciunt. Judicat. S. 4.

3. Τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα, τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα.

3. Judicatoria non judicantia, partim lethalia, partim difficilis judicii. M. Pop. P. 686. No. 35.

4. Ἐς τ' ἂν δὲ πυῤῥόν τὲ εἴη τὸ οὖρον, καὶ λεπτὸν, σημαίνει τὸ νούσημα

4. Quamdiu verò fulva fuerit urina, & tenuis, morbum inconcoctum

σημα ἄπεπτον εἶναι. Ἢν δὲ πολυχρόνιον εἴη τοιοῦτον ἐὸν, κίνδυνος μὴ οὐ δυνήσεται ἄνθρωπος διαρκέσαι, ἐς τ' ἂν πεπανθῇ ἡ νοῦσος.

5. Ἐν πάσῃ νούσῳ τὸ ἐῤῥῶσθαι τὴν διάνοιαν, καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν. Τὸ δὲ ἐναντίον, κακόν.

6. Ἔστι δὲ τὰ μὲν ἀγαθὰ τάδε—εὔπνουν εἶναι—καὶ δίψαν μὴ ἔχειν—καὶ ὕπνους.

7. Εἰ δὲ εἴη τό τε οὖρον ὑπέρυθρον, καὶ ἡ ὑπόστασις αὐτοῦ ὁμοίη, καὶ λείη, πολυχρονιώτερον μὲν τοῦτο γίνεται, σωτήριον δὲ κάρτα.

8. Τὸ δὲ οὖρον ἄριστόν ἐστιν, ὅταν εἴη λευκή τε ἡ ὑπόστασις, καὶ λείη, καὶ ὁμαλὴ—σημαίνει γὰρ ἀσφαλείην τε, καὶ τὸ νόσημα ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι.

coctum eſſe ſignificat. Si autem diuturna fuerit talis exiſtens, periculum eſt ne ſufficere homo non poſſit, donec urina cocta fuerit. Prænot. S. 11.

5. In omni morbo mente valere, & bene ſe habere ad ea quæ offeruntur, bonum eſt. Contrarium verò, malum. Aph. S. 2. No. 33.

6. Sunt autem bona hæc --- bene ſpirare --- & ſitim non habere, --- & ſomnos habere. Prænot. S. 14.

7. Si verò urina ſit ſubrubra, & ſubſidentia ejus ſimilis, & lævis, multo diuturnior fit morbus, ſed valdè ſalutaris. Prænot. S. 11.

8. Urina autem optima eſt, cùm ſubſidentia fuerit alba, & lævis, & æqualis.---Significat enim ſecuritatem, & morbum fore brevem. Prænot. S. 11.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΒΔΟΜΟΣ.

30. ΜΕτωνα πῦρ ἔλαβεν· ὀσφύος βάρος ἐπώδυνον. Δευτέρῃ, ὕδωρ πιόντι ὑπόσυχνον, ἀπὸ κοιλίης καλῶς διῆλθε. Τρίτῃ, κεφαλῆς βάρος· διαχωρήματα λεπτὰ, χολώδεα, ὑπέρυθρα. Τετάρτῃ, πάντα παρωξύνθη· ἐῤῥύη ἀπὸ δεξιοῦ μυκτῆρος αἷμα δὶς κατ᾽ ὀλίγον· νύκτα δυσφόρως· διαχωρήματα ὅμοια τῇ τρίτῃ· οὖρα ὑπομέλανα εἶχεν ἐναιώρημα ὑπόμελαν ἐὸν, διεσπασμένον· οὐχ ἱδρύετο. Πέμπτῃ, ἐῤῥύη λαῦ-

ρον

ÆGER SEPTIMUS.

30. MEtonem ignis, hoc eſt, febris vehemens, prehendit cum lumborum gravitate & dolore. Poſtridie ex liberaliore aquæ potu alvus rectè demiſit. Tertio, capitis gravitas tenuit, dejectiones tenues, bilioſæ, aliquantulùm rubentes prodierunt. Quarto, exaſperata ſunt omnia, bis ex nare dextrâ ſanguis paulatim effluxit, nox laborioſa, dejectiones eædem, quæ die tertio, urinæ nigricantes, quæ ſublime quiddam in medio innatans, ſubnigrum divulſum, nec ſubſiſtens habebant. Quinto die ex nare ſiniſtrâ liberaliter ſanguis ſincerus

effluxit,

ἐῤῥύη δ' ἐξ ἀριστερῦ ἄκρητον· ἵδρωσεν· ἐκρίθη. Μετὰ δὲ κρίσιν, ἄγρυπνος παρέλεγεν· οὖρα λεπτὰ, ὑπομέλανα. Λουτροῖσιν ἐχρήσατο κατὰ κεφαλῆς· ἐκοιμήθη· κατενόει. Τούτῳ οὐχ ὑπέστρεψεν· ἀλλ' ἡμοῤῥάγησε πολλάκις, καὶ μετὰ κρίσιν.

effluxit, ſudore oborto judicatus eſt. Poſt judicationem autem cum pervigilio præter rationem loquebatur, urinæ tenues & nigricantes erant. Poſt capitis perfuſiones quievit, mente conſtitit. Huic morbus non revertit, verùm etiam poſt judicationem crebrò ſanguis è naribus erupit.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

ÆGritudinis hujus hiſtoria, ad praxin medicorum in morbis acutis feliciter inſtituendam, mihi nunquam non maximi momenti viſa eſt. Hinc enim diſcimus, quàm periculoſæ ſint in febris initio indiſcriminatim deſignatæ alvi ſubductiones, & quàm neceſſaria ſit acutiſſima ingenii acies, quæ occulta morborum conſilia prævideat; cùm tantas turbas aquæ potus excitavit, ut parùm abfuit quin febris (pro morbi genio mitis admodùm, & quæ brevi ſanitatem promiſit) ægrum vivis eripuiſſet. Nulla, præter lumborum & capitis gravitatem, ſymptomata ſuborta ſunt; utraq; quidem hæmorrhagiam ſignificantia (1); quam cum natura moliretur, temerariâ & intempeſtivâ aquæ potione ab incœpto diſtrahitur: Unde ſanguis ad ſuperiora vergens reprimitur, & (invita quaſi ὑγιείη) inteſtina verſus attrahitur. Ex directionibus hiſce ſanguinis adverſis, naturæ incœptum opus retardatur; & vice judicationis, ita proſperè inchoatæ, peſſima ſymptomata die quarto ſe manifeſtarunt. Viz. nox fuit laborioſa, urina ſubnigra cum ſuſpenſo nigro, & pro fluxu ſanguinis liberali (jam olim promiſſo) non niſi guttulæ quædam effluxêre. Haſce ex aquæ potu dejectiones excitatas fuiſſe ipſe teſtatur Hippocrates: Et ſanguinis per nares fluxionem ex iiſdem impeditam fuiſſe, (parte nempe ſanguinis per alvum effuſa) excretorum rubedo non obſcurè innuit. Sed forſitan Hippocratis juſſu dicet quiſpiam

quiſpiam aquam ingurgitatam fuiſſe; at planè haud Hippocratem novit, qui tanti erroris ſuſpectum habeat; citò enim naturæ propoſitum oculatiſſimus medicorum heros animadvertiſſet, nec recta euntem in devia detruſiſſet ſalutis humanæ cuſtos integerrimus. Imò verò, ſi conceditur medicorum principem aquæ potabilis vim laxativam cognoviſſe (2), ſtatim iniqua hæc, & inanis ſuſpicio omnino evaneſcet, quæ tum doctrinæ, tum praxi Hippocraticæ penitùs repugnat. Sedulò enim monet, ne purgemus (3), vel moveamus quid in morbi principio, niſi coctum ſit; & tunc quidem diligenti priùs adhibitâ cautione (4), ne deducas humores eo quo naturaliter non vergunt (5). Horum præceptorum cùm præſens hiſtoria luculentum adeò exemplum ſit, nefas credere à tanto viro commiſſum errorem, qui ægrotantem in ultimum vitæ diſcrimen impulit. Veriſimile enim videtur, ni ſanguis amiſſam ad nares ſemitam denuò recuperaſſet, vel dyſenteriâ, vel phrenitide periturum fuiſſe hominem. Nam poſt turbatam alvum omnia die quartâ exaſperata ſunt, infauſtum plerumque in exacerbationibus diem (6), & qui delirium vel phrenitidem prænunciat. Sanguinis ſtillæ ubique (7), ſed præſertim quarto die (8), ab Hippocrate damnantur. Ejuſdem ſunt farinæ dejectiones rubræ (9), ſed poſt ſanguinis eruptionem ſummopere pravæ ſunt (10); quid verò de nocte laborioſâ, & urinis nigris ſentiendum ſit, aliás tradidimus. Mirabuntur proculdubio qui doctrina Aſclepiadum minùs verſantur, cur poſt atrocia ſigna diei quarti, febris die quinto, ſanguinis eruptione & ſudore, profligata

profligata fuit. Ceſſabit autem miraculum, cùm imperfectam admodùm fuiſſe criſin animadverterint, & quod deliria cum vigiliis eam inſecuta ſint, quæ non niſi poſt capitis perfuſiones quieverunt. Perpendant inſuper prædicta ſymptomata mala, non morbi naturæ debita, ſed ex errore inducta fuiſſe; in repentinis ergo hiſce malis, medicos conſolatur Hippocrates, & quô diſtinguantur à genuinis morbi ſymptomatis docet. Si enim ob ægri inobedientiam, vel errorem fiunt, poſtridie ſedabuntur (11). Dejectiones proinde bilioſæ, die tertio ſubortæ, quarto ceſſarunt, deſtinatum iter natura perſequitur, & tandem (quamvis non ſine ſudore & multo ſanguine) optatam ſanitatis metam attigit.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΤΑ ἐν ὀσφύϊ ἀλγήματα αἱμοῤῥοϊκά. Αἱ δὲ ὀσφυὸς ἀλγήματος αἱμοῤῥοίαι λαῦραι.

Ἐς τ' ἂν ἡ ὀδύνη τῆς κεφαλῆς ἡ νεαρὰ, προσδέχεσθαι χρὴ αἵματος ῥῆξιν διὰ ῥινῶν, ἢ ἐμπύησιν.

1. DOlores in lumbis ſanguinis fluxiones inducunt. Ex lumborum dolore ſanguinis fluxiones largæ. Co. S. 3. No. 23.

Quamdiu capitis dolor recens fuerit, expectare oportet ſanguinis per nares fluxionem, aut puris eruptionem. Prænot. S. 22.

2. Ὁκόσα γὰρ ὕδατα ἐστὶν ἕψειν ἄριστα, καὶ τακερώτατα, ταῦτα καὶ τὴν κοιλίην διαλύειν εἰκὸς μάλιστα καὶ διατήκειν.

2. Quæcunque autem aquæ optimæ coctu ſunt, & facillimè liqueſcunt, eas par eſt & ventrem maximè exſolvere & liqueſcere. De Aere Aqu. & Loc. S. 16.

3. Πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν, μὴ ὠμὰ, μηδὲ ἐν ἀρχῇσι, ἢν μὴ ὀργᾷ. Τὰ δὲ πλεῖστα μὴ ὀργᾷ.

3. Concocta purgare & movere oportet, non cruda, neque in principio, niſi turgeant. Plurima verò non turgent. Aph. S. 1. No. 22.

4. Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσιν ὀλιγάκις, καὶ ἐν ἀρχῇσι, τῇσι φαρμακείῃσι χρέεσθαι, καὶ τοῦτο προεξευκρινήσαντας ποιέειν.

4. In acutis affectionibus raro, & in principiis, purgantibus utendum, atque hoc diligenti priùs adhibitâ cautione faciendum. Aph. S. 1. No. 24.

5. Ἃ δεῖ ἄγειν, ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ, ταύτῃ ἄγειν διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων.

5. Quæ ducere oportet, quo maxime vergant, eo ſunt ducenda per loca convenientia. Aph. S. 4. No. 21.

6. Τρίτην ἐπέχοντες, τετάρτην παροξυνθέντες, κακόν. Ἢ ῥά γε καὶ φρενιτικοὶ οἱ τοιοῦτοι παροξυσμοί.

6. Quibus tertio die ſubſiſtit acceſſio, & quarta exacerbantur, malum. Et metus eſt, ne hujuſmodi acceſſiones phrenitidem inducant. Co. S. 1. No. 113.

7. Στάξιες αἱ ἐλάχισται, κακαί.

7. Sanguinis ſtillæ perpuſillæ, malæ. Co. S. 1. No. 86.

8. Αἱ τεταρταῖαι αἱμοῤῥαγίαι, δύσκριτοι.

8. Quartâ die contingentes ſanguinis è naribus eruptiones ægrè judicant. M. Pop. P. 700. No. 81.

9. Κοιλίης περίπλυσις ἐξέρυθρος, κακὸν ἐν τοῖσι νουσήμασι.

9. Alvi profluvium rubicundum, malum in morbis. Præd. S. 1. L. 1.

10. Μεθ' αἱμοῤῥαγίην, μελάνων διόδος κακόν. Πονηρὰ δὲ καὶ τὰ ἐξερυθροειδέα, εἰ δὲ ἄρα γε τεταρταίοισι ταῦτα αἱμοῤῥαγέει.

10. Poſt ſanguinis eruptionem, nigrorum per alvum tranſitus malum. Prava ſunt etiam prærubra, præſertim ſi ſanguinis iſta eruptio quartâ die contigit. Præd. S. 18. L. 1.

11. Δῆλα δὲ τὰ διὰ τὴν ἀπειθίην γινόμενα κακά. Αἵ τε γὰρ δύσπνοιαι, καὶ τ' ἄλλα τοιαῦτα τῇ ὑστεραίῃ πεπαύσεται, ἢν δι' ἁμαρτάδα γένηται.

11. Manifeſta verò ſunt mala quæ ob ægri inobedientiam fiunt. Nam & ſpirandi difficultates, & alia hujuſmodi poſtridie ſedabuntur ſi ob peccatum fiunt. Prædict. S. 6. L. 2.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΟΓΔΟΟΣ.

31. Ἐρασινὸν, ὃς ᾤκει παρὰ Βοώτου χαράδρην, πῦρ ἔλαβε μετὰ δεῖπνον· νύκτα, ταραχώδης. Ἡμέρην τὴν πρώτην, δι' ἡσυχίης· νύκτα, ἐπιπόνως. Δευτέρῃ, πάντα παρωξύνθη· ἐς νύκτα παρέκρουσε. Τρίτῃ, ἐπιπόνως· παρέκρουσε πολλά. Τετάρτῃ, δυσφορώτατα· ἐς δὲ τὴν νύκτα οὐδὲν ἐκοιμήθη· ἐνύπνια, καὶ λογισμοί· ἔπειτα χείρω, μεγάλα, καὶ ἐπίκαιρα· φόβος, δυσφορίη. Πέμπτῃ, πρωῒ κατήρτητο, καὶ κατενόει πάντα· πολὺ δὲ πρὸ μέσου ἡμέρης ἐξεμάνη· κατέχειν οὐκ ἠδύνατο· ἄκρεα ψυχρά, ὑποπέλια·

ÆGER OCTAVUS.

31. ERaſinum, qui ad Bootæ torrentem habitabat, febris à cœnâ vehemens corripuit, noctem turbulentam tranſegit. Primus dies quietus fuit, nox laborioſa. Poſtridie, ingraveſcentibus omnibus ſub noctem deliravit. Tertio die, laborioſè habuit, multùm deliravit. Quarto, graviſſimè, per noctem verò nihil dormivit, ſomnia aderant & ratiocinationes, deinde deteriora, magna & imprimis animadvertenda, timor & magna corporis incontinentia. Quinto, manè compoſitus erat, omninoque ad intelligentiam redierat. Ad meridiem verò valde inſanivit, neque ſe cohibere poterat, ſumma corporis frigida & liventia, urinæ crudæ,

ὑποπέλια· οὖρα ἄπεπτα. Ἀπέθανε περὶ ἡλίου δυσμάς. Τούτῳ οἱ πυρετοὶ διὰ τέλεος ξὺν ἱδρῶτι· ὑποχόνδρια μετέωρα· ξύντασις, μετ' ὀδύνης. Οὖρα δὲ μέλανα, ἔχοντα ἐναιωρήματα στρογγύλα· οὐχ ἱδρύετο· ἀπὸ δὲ κοιλίης κόπρανα διήει· δίψα διὰ τέλεος οὐ λίην· σπασμοὶ δὲ πολλοὶ ξὺν ἱδρῶτι, περὶ θάνατον.

ſub ſolis occaſum defunctus eſt. Huic ad extremum uſque febres cum ſudore aderant, præcordiorum tumor & contenſio non ſine dolore. Urinæ verò nigræ, ſublimia quædam in medio innatantia rotunda habebant, neque ſubſidebant, & ex alvo ſtercora demiſſa ſunt. Sitis continua non magna tamen. Convulſiones cum ſudore ſub mortem multæ.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

IN brevi hujus febris curriculo quàm minima ſpes vitæ emicuit. A principio uſque ad finem, morbi furor parùm admodùm repreſſus eſt; è contra autem in fugam conjectæ tergiverſantes vitales copiæ caſtra inimico diripienda tradiderunt. Imparium adeò bellatorum quis non ſpectator miles de victoria protinus decerneret; præſertim ſi ſub optimo duce Hippocrate militare didiciſſet? Totius ergo prælii modum & præpoſitum ſi utrinque ſpeculemur, haud diu ambigemus, utrum morbo vel ægroto palma concederetur. Sudores erant perpetui ſine febris remiſſione, ergo naturam debilitant, & ut tales damnantur (1). Deinde nox fuit laborioſa, an dormivit autem vel vigilavit, reticetur; qualitercunque verò res cadit, lugubre præſagium oritur. Si dormivit, lethale ſignum hoc eſt (2): vigiliæ autem, vel ſomni interpellati peſſima & convulſoria ſunt (3). Ægrotus die ſecundo novum inſultum expertus eſt, acerrimi & ovantis hoſtis indicium certiſſimum (4). Die tertio idem belli furor duravit; & ſi quid hodie remiſit morbus non metu, nec ignaviâ, peractum eſt; ſed eo quidem animo, ut crudelius die quarto exacerbeſceret (5). Magna nunc & tremenda pericula impendent, & catervatim demum renovatæ plagæ ſubitam & certam ſtragem accelerant (6). Nec quicquam magis, quàm inſidioſæ die quinto ægrotanti conceſſæ induciæ, præſagium hoc confirmat. Sub placidâ

cidâ nempe hâc amicitiæ ſpecie (7), ultimam rabiem hoſtis complere meditatur; nec præconceptam diu dilatam fore malitiam, frigus & livor extremorum (8), inſtantis mortis nuncii, propalant.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Ἱδρῶτες γὰρ ἄριστοι εἰσὶν, καὶ τάχιστα πυρετὸν παύοντες, οἱ ἐν τῇσι κρισίμῃσιν ἡμέρῃσι γινόμενοι, καὶ τελέως τὸν πυρετὸν ἀπαλλάσσοντες. Ἀγαθοὶ δὲ καὶ ὅσοι διὰ παντὸς τοῦ σώματος γινόμενοι, εὐπετεστέρως τὸ νόσημα φέρειν ποιήσωσιν. Οἱ δ᾽ ἂν τουτέων τὶ μὴ ἐργάσωνται, οὐ λυσιτελέουσι γινόμενοι.

1. Sudores autem optimi ſunt, & celerrimè febrem ſedant, qui in judicatoriis diebus fiunt, & febrem perfectè ſummovent. Boni quoque ſunt qui per totum corpus oborientes, morbum faciliùs ferre faciunt. Qui verò nihil horum faciunt, incommodi ſunt. Judicat. S. 1.

Τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα, τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα.

Judicatoria non judicantia, partim lethalia, partim difficilis judicii. M. Pop. P. 686. No. 35.

2. Ἐν ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον.

2. Quo in morbo ſomnus laborem facit, lethale.

νάσιμον. Ἢν δὲ ὕπνος ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον.

lethale. Si verò ſomnus juvet, non lethale. Aph. S. 2. No. 1.

3. Αἱ ταραχώδεες θρασύταται ἐπεγέρσιες, σπασμώδεες ἄλλως τε καὶ μεθ' ἱδρῶτος.

3. Turbulentæ & valde confidentes è ſomno exſurrectiones convulſiones minantur, præſertim cum ſudore. Prædict. S. 15. L. 1.

4. Οἱ λαβόντες ἐς τὴν αὔριον παροξυνθέντες, κακόν.

4. Qui acceſſione correpti, poſtero die gravius habent, malum. Co. S. 1. No. 112.

5. Τρίτην ἐπισχόντες, τετάρτην παροξυνθέντες, κακόν.

5. Quibus tertio die ſubſiſtit acceſſio, & quarto ingraveſcit, malum. Co. S. 1. No. 113.

6. Καὶ γὰρ τῶν παραχρῆμα ἀπολλυμένων, ταχύτεραι αἱ κρίσιες, ὅτι ταχέες οἱ πόνοι, καὶ συνεχέες, καὶ ἰσχυροί.

6. Nam & eorum qui ſtatim pereunt, velociores ſunt judicationes, quoniam celeres ſunt dolores, & continui, & fortes. M. Pop. P. 686. No. 30. 32.

7. Τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥαςωνήσαντα, θάνατον σημαίνει.

7. Pernicioſa ſine ſignis levantia, mortem ſignificant. Prædict. S. 6. L. 1.

8. Τὰ πελιδνὰ γινόμενα ἐν πυρετῷ, σύντομον θάνατον σημαίνει.

8. Livores in febribus ſuborientes, brevi mortem affore ſignificant. Co. S. 1. No. 97.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΝΑΤΟΣ.

32. ΚΡίτωνι ἐν Θάσῳ, ποδὸς ὀδύνη ἤρξατο ἰσχυρὴ, ἀπὸ δακτύλου τοῦ μεγάλου, ὀρθοστάδην περιιόντι· κατεκλίθη αὐθήμερον· φρικώδης, ἀσώδης, μικρὰ ὑποθερμαινόμενος· νύκτα παρεφρόνησε. Δευτέρῃ, οἴδημα δι' ὅλου τοῦ ποδὸς καὶ περὶ σφυρὸν ὑπέρυθρον, μετὰ ξυντάσιος· φλυκταινίδια μέλανα· πυρετὸς ὀξύς· ἐξεμάνη· ἀπὸ δὲ κοιλίης, ἄκρητα, χολώδεα, ὑπόσυχνα διῆλθεν. Ἀπέθανεν, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς δευτεραῖος.

ÆGER NONUS.

32. IN Thaſo, Critoni erecto & obambulanti pes vehementer dolere ex pollice cœpit, eodem die decubuit cum horrore & ſtomachi faſtidio aliquantulùm incaleſcens, ſub noctem deſipuit. Poſtridie per totum pedem & ad talum tumor ſubruber & contenſus, puſtulæ parvæ nigræ, febris acuta, inſaniâ correptus eſt. Ex alvo merè bilioſa plurima proceſſerunt. Poſtridie, ex quo laborare cœperat, mortuus eſt.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

MORS ſubita, ſed non improviſa, Critonem eripuit. Duo enim primo die ſymptomata exorta ſunt, quorum alterutrum ad mortis prædictionem ſufficeret; nempe delirium (1), & pedis ex pollice ſyderatio. Uſitatiſſimum fuit antiquis, omnes vehementes & ſubitos dolores, qui vim corpori ſpectabilem impreſſere, ſyderationes vel ἀποπληξίας (non minùs quàm ſubitam corporis proſtrationem, eo præcipuè nomine populariter inſignitam) appellare. Si verò objicitur, dolorem pedis in hoc ægroto ſyderationis titulum ante diem ſecundum non meruiſſe, quia tumor cum puſtulis nigris tunc primùm apparuit, ideòque mortis præſagium non exinde eruendum eſſe: Reſpondeo (cum Galeno, qui miratur non celebratam venæ ſectionem) veriſimile eſſe, Hippocratem ante ſecundum diem non advocatum fuiſſe, & primo die pedis inſpectionem prætermiſſam fuiſſe. Hoc obiter perſtringo, quo meliùs ſupponatur pollicis dolorem vel primo die ſyderationis veram formam obtinuiſſe, ideòque ægrotum ſub præſagio illo lethali ritè & legitimè comprehendi. Ut ut verò ſit, die ſubſequenti puſtulæ nigræ, veram gangrænam vel ſyderationem referentes, ſcrupulum eximunt. Quibus cùm febris acuta, ad inſaniam uſque inſurgens, acceſſit; per totum corpus morbum diſſipari conſtat, & eâdem labe ce-

P rebrum

rebrum infectum eſſe (2) : Quo nihil mortale magis inter ſigna conſpicitur. Si verò cerebrum gangrænoſum vel ſphacelatum fuit, lethale eſt maximè (3), etiamſi malum aliunde non contraxerit. Collatis itaque inter ſe hiſce omnibus, à principio morbi mortem inſtare nullo negotio prævidetur.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΤΗσι δ' ἐν ἀρχῇσι τῶν πυρετῶν, ἤν τε παραφροσύνη ἐπιγένηται, ἤν τε ἀπόπληξις τῶν μελέων τινὸς, εἰδέναι τὸν ἄνθρωπον ἀπολλύμενον, ἢν μὴ παντάπασιν ἢ τῶν καλλίστων τὶ σημεῖον ἐπιγένηται, ἢ σώματος ἀρετὴ ὑποκέηται.

1. IN principiis febrium ſive delirium acceſſerit, ſive alicujus membri ſideratio, periturum hominem ſciendum eſt, ſi non omnino aut ex optimis ſignis aliquod accedat, aut corporis vires adſint. Prædict. S. 23. L. 2.

2. Αἱ δὲ ξὺν πυρετῷ γινόμεναι ὀδύναι περὶ τὴν ὀσφύν τε, καὶ τὰ κάτω χωρία, ἢν τῶν φρενῶν ἅπτωνται, τὰ κάτω ἐκλείπουσαι, ὀλέθριον κάρτα.

2. Dolores cum febre contingentes circa lumbos, & infernas partes, ſi ſeptum tranſverſum attigerint, infernas partes relinquentes, pernicioſi valde ſunt.

κάρτα. Προσέχειν οὖν δεῖ τὸν νόον τοῖσιν ἄλλοισι σημείοισι, ὡς ἤν τι καὶ ἄλλων σημείων ἐπιγίνηται πονηρόν τι, ἀνέλπιστος ὁ ἄνθρωπος.

3. Ὁκόσοισιν ἂν σφακελισθῇ ὁ ἐγκέφαλος, ἐν τρισὶν ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται. Ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ὑγιέες γίγνονται.

ſunt. Proinde aliis quoque ſignis animum advertere oportet, nam ſi quid ex aliis ſignis accedat malum, deſperatus eſt homo. Prænot. S. 19.

3. Quibus ſphacelatum eſt cerebrum, in tribus diebus pereunt. Si verò has effugerint, ſani fiunt. Aph. S. 17. No. 50.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΕΚΑΤΟΣ.

33. ΤΟΝ Κλαζομένιον, ὃς κατέκειτο παρὰ τὸ Φρυνιχίδεω φρέαρ, πῦρ ἔλαβεν· ἤλγει δὲ κεφαλὴν, τράχηλον, ὀσφὺν, ἐξ ἀρχῆς. Αὐτίκα δὲ κώφωσις· ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν· πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβεν· ὑποχόνδριον ἐπῆρτο μετ' ὄγκου· οὐ λίην ξύντασις· γλῶσσα ξηρή. Τετάρτῃ, ἐς νύκτα παρεφρόνησε. Πέμπτῃ ἐπιπόνως, καὶ πάντα παρωξύνθη. Περὶ δὲ ἑνδεκάτην, σμικρὰ ἐνέδωκεν. Ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐξ ἀρχῆς καὶ μέχρι τεσσαρεσκαιδεκάτης λεπτὰ, πολλὰ, ὑδατόχροα διήει.

ÆGER DECIMUS.

33. CLazomenius qui ad Phrynichidæ puteum decumbebat, igne, h. e. vehementiſſimâ febre correptus, per exordia ex capite, cervice & lumbis dolere cœpit. Confeſtim ſurditas invaſit, neque ſomni aderant, febris acuta prehendit, præcordium in tumorem ſublatum fuit, neque valde contenſum, lingua arida. Die quarto, ſub noctem deliravit. Quinto, cum moleſtiâ exaſperata ſunt omnia, ad undecimum verò aliquantulùm remiſerunt, alvus ab initio ad decimum quartum uſque, multa, tenuia, aquæ ſimilia tranſmittebat. Quod

διήει. Εὐφόρως τὰ περὶ διαχώρησιν διῆγεν· ἔπειτα κοιλίη ἐπέστη. Οὖρα διὰ τέλεος λεπτὰ μὲν, εὔχροα δὲ, καὶ πολὺ εἶχεν ἐναιώρημα ὑποδιεσπασμένον· οὐχ ἱδρύετο. Περὶ δὲ ἕκτην καὶ δεκάτην, οὔρησεν ὀλίγῳ παχύτερα· εἶχε σμικρὴν ὑπόστασιν· ἐκούφισεν ὀλίγον· κατενόει μᾶλλον. Ἑπτακαιδεκάτῃ δὲ, πάλιν λεπτά· παρὰ δὲ τὰ ὦτα ἀμφότερα, ἐπήρθη ξὺν ὀδύνῃ· ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν· παρελήρει· περὶ δὲ τὰ σκέλεα ἐπωδύνως εἶχεν. Εἰκοστῇ ἄπυρος, ἐκρίθη· οὐχ ἵδρωσε· πάντα κατενόει. Περὶ δὲ ἑβδόμην καὶ εἰκοστὴν, ἰσχίου ὀδύνη δεξιοῦ ἰσχυρῶς, διὰ ταχέων ἐπαύσατο. Τὰ δὲ παρὰ τὰ ὦτα, οὔτε καθίστατο,

το,

Quod ad dejectiones attinet, commodè habebat, deinde alvus ſuppreſſa eſt. Urinæ per totum morbum tenues quidem, boni tamen coloris erant, & ſublime quiddam in medio innatans multum, non nihil diſperſum habebant, neque ſubſidebant. Ad decimum ſextum, paulò craſſiores urinas reddidit, quibus paulum inerat ſedimenti, non nihil allevatus eſt, meliúſque ſibi conſtabat. Decimo ſeptimo, rurſus tenues profluxerunt, ſecundùm utramque aurem tumor cum dolore ſubortus eſt, ſomni non aderant, delirabat, crurum dolore vexabatur. Vigeſimo, judicatione à febre vindicatus eſt, non ſudavit, omninoque ad intelligentiam rediit. Circa vigeſimum ſeptimum, vehemens coxendicis dolor obortus ſtatimque ſedatus eſt. Quæ autem ad aures erant

tubercula

το, οὔτε ἐξεπύει, ἤλγεε δέ. Περὶ δὲ τὴν πρώτην καὶ τριακοστὴν, διάῤῥοια πολλοῖσιν ὑδαλώδεσι μετὰ δυσεντεριωδέων· οὖρα παχέα οὔρει· κατέστη τὰ παρὰ τὰ ὦτα. Περὶ δὲ τὴν τεσσαρακοστὴν, ὀφθαλμὸν δεξιὸν ἤλγει· ἀμβλύτερον ἑώρα· κατέστη.

tubercula neque conquieſcebant, neque ſuppurabant, verùm dolebant. Ad trigeſimum primum, ex alvi profluvio, aquoſa excrementa multa & cujuſmodi in difficultate inteſtinorum eſſe ſolent, prodierunt, craſſas urinas reddidit, tubercula circa aures conquieverunt. Circa quadrageſimum verò, oculi dextri dolor ſubortus eſt, hebetior viſus fuit, conſtitit.

DEMONSTRATIO.

IN Sileni hiſtoriâ ſuprà notatum eſt, pleraque ſymptomata quæ tribus primis diebus Clazomenio contigerunt delirii prodromos fuiſſe; quòd eo magis jam metuendum, quoniam huic inſuper ſurditas acceſſit (1). Dies quartus debitum vaticinio honorem affert, novumque ad novas laudes campum aperit; nam cum nulla neque coctionis nec mortis ſigna huc uſque detegantur, morbum die ſeptimo, nec citiùs, judicatione (2) vel morte terminatum iri tutò licet medico pronunciare (3). Eademque de cauſa, nec undecimo, nec decimo quarto, vel decimo ſeptimo; nam ad diem uſque decimum ſextum urina erat tenuis, quæ jam incraſceſcens (4), cum ſedimento parvo, magnam ſpem criſeos die vigeſimo exhibuiſſet; ſi abſceſſus ad aures inhibiti fuiſſent, & ſigna plenioris coctionis die decimo ſeptimo apparuiſſent. Sed urinis die decimo ſeptimo recrudeſcentibus, judicationis perfectæ ſpes omnino ſublata eſt; & ſuboriuntur aurium abſceſſus, (à principio ex ſurditate (5) metuendi) qui cùm morbum non judicabant, diuturnitatem præſagiebant (6).

Morbi progreſſum ad vigeſimum diem pedetentim proſecuti ſumus, ibique imperfectè judicatum ex inſtituto relinquimus. Jam verò num ſecundum artis regulas præviderí poſſit, qualis futurus ſit morbi exitus, ſalutaris ſcilicet vel lethalis, haud injucundum erit inveſtigare. Nec ſagax medicus diu ambiget ſi, quæ

in

in principio omiſimus, ſymptomata recolligat. Ad diem ferè undecimum, morbi ſpecies gravis admodùm & periculoſa fuit; inter hæc autem mala, ſcintillæ aliquæ micantes valetudinis redituræ, licet cineribus obrutæ, perſpicacem indagatorem non deſerent. Nam ab initio morbi, alvus commodè ſatis multa aquoſa demiſit; quod cum toleratu erat facilè (7), multùm profuiſſe ægroto, & profuturum eſſe exiſtimandum eſt. Suum quoque calculum probus & ſtabilis urinarum color adjecit. Hæcce ergo phænomena periculum, à diuturna & pervicaci humorum cruditate interminatum, minuunt; & ſpem faciunt validas admodùm eſſe naturæ vires, quæ coctionem perficiant; vel humores noxios qualeſcunque demum fuerint, penitùs è venis eliminent: Sin minùs, ad infernas ſaltem corporis partes protrudant. Die decimo ſeptimo ſuborti ad aures abſceſſus, hiſce utcunque auſpiciis freto, quin terrori eſſent medico, non inficias eo. Hos enim periculoſiſſimos eſſe veterum monumenta agnoſcunt (8); delirium ſcilicet & mortem inducentes, ni vel benignè ſuppurentur; vel hæmorrhagia, alvi fluxu, urinis craſſis, aut abſceſſu ad articulos amoveantur. Oracula verò Hippocratica diu de eventu ſollicitum eſſe vetant; exiguam quippe ſalutis umbram, eo ipſo die, tibiarum dolores proferunt. Nam cùm dolores inter abſceſſus numerantur (9), optimi cenſendi ſunt, cùm quàm remotiſſimi à morbo ſunt (10), & longiſſimè infra ventrem. Et quamvis minores erant quàm qui aurium tumores amoverint (11), eorum nihilominùs incrementum prohibebant; & criſi, quæ die

vigeſimo

vigeſimò contigit, viam ſtraverunt. Quamvis autem parotides poſt judicatam febrem perdurabant, nil tamen mali ominantur, eâdem planè ratione, quòd in ſenibus quàm juvenibus minùs periculoſæ ſunt, nempe febres & deliria minùs ipſis accidunt (12). Ad reliquum quod ſpectat, obſervatu dignum eſt, naturam ad morbum debellandum diebus judicatoriis, omnibus viribus incubuiſſe.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Ὁσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφωθῆ, τουτέοισι μὴ λυθέντος τοῦ πυρετοῦ μανῆναι ἀνάγκη.

1. Quibus in febribus aures obſurduerint, his non ſoluta febre inſanire neceſſe eſt. Judicat. S. 11.

2. Ὁκόσοισιν ἑβδομαῖα κρίνεται, τουτέοισιν ἐπινέφελον ἴσχει τὸ οὖρον τῇ τετάρτῃ ἐρυθρὸν, καὶ τ' ἄλλα κατὰ λόγον.

2. Quibus ſeptimâ die febres judicantur, his urina nubeculam habet rubram quartâ die, & alia ſecundum rationem. Aph. S. 4. No. 71.

3. Οἱ δὲ πυρετοὶ κρίνονται ἐν τῇσιν αὐτέῃσιν ἡμέρῃσι τὸν ἀριθμὸν, ἐξ ὧν τε περιγίνον-

3. Febres judicantur iiſdem numero diebus, ex quibus & ſuperſtites evadunt homines, &

ται οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἐξ ὧν ἀπόλλυνται.

quibus pereunt. Prænot. S. 20.

4. Ὁκόσοισιν ἐλπὶς ἐς ἄρθρα ἀφίστασθαι, ῥύεται τῆς ἀποστάσιος οὖρον πολὺ, καὶ παχὺ, καὶ λευκὸν γιγνόμενον, οἷον ἐν τοῖσι κοπώδεσι πυρετοῖσι τεταρταίοισιν ἄρχεται γίνεσθαι. Ἢν δὲ καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν αἱμοῤῥαγήσῃ, καὶ πανὺ ταχὺ λύεται.

4. Quibus ſpes eſt abſceſſum fore ad articulos, eos abſceſſu liberat urina multa, & craſſa, & alba reddita, qualis in febribus cum laſſitudinis ſenſu quartâ die quibuſdam fieri incipit. Si verò etiam ſanguis ex naribus eruperit, brevi admodum ſolvitur. Aph. S. 4. No. 74.

5. Ἐκ κωφώσιος ἐπιεικέως, τὰ παρ᾽ ὦτα.

5. Ex ſurditate conſentaneum eſt ut abſceſſus juxta aures fiant. Prædict. S. 22. L. 1.

6. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἀποστήματα μὴ λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρίσιας, μῆκος νούσου σημαίνει.

6. In febribus abſceſſus in primis judicationibus morbum non ſolventes, morbi longitudinem ſignificant. Aph. S. 4. No. 51.

7. Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης, καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, ἢν μὲν, οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρουσιν. Ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον.

7. In perturbationibus alvi, & vomitibus ſponte evenientibus, ſi, qualia oportet purgari, purgentur, confert & facilè ferunt. Sin minùs, contra. Aph. S. 1. No. 2.

8. Τὰ

8. Ex

8. Τὰ παρ' ὦς μάλιςα ἐκ τῶν ὀξέων ἐν τοῖσι καυματώδεσι γίνεται. Καὶ ἢν μὴ κρίσιν ποιήσῃ καὶ ἐκπεπαίνηται, ἢ ἐκ ῥινῶν αἷμα ῥυῇ, ἢ οὖρα ὑπόςασιν παχεῖαν λάβῃ, ἀπόλλυνται.

Ὠτὸς δὲ ὀξείη ὀδύνη ξὺν πυρετῷ ξυνεχεῖ τε καὶ ἰσχυρῷ, δεινόν. Κίνδυνος γὰρ παραφρονῆσαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀπολέσθαι.

Τὰ παρὰ τὰ ὦτα ἐν πυρετοῖσιν ἐπαιρόμενα μετ' ὀδύνης, ἔςιν οἷσιν ἐκλείποντος πυρετοῦ κρισίμως, οὔτε καθίςατο, οὔτε ἐξεπύει. Τουτέοισι διάρροια χολωδέων, ἢ δυσεντερίη, ἢ παχέων οὔρων ὑπόςασις γινομένη, λύει.

Τὰ παρ' οὖς οἷσιν ἀμφὶ κρίσιν γινόμενα μὴ ἐκπυήσῃ, τουτέων ἀπαλλασσομένων, ὑποςροφὴ γίνεται.

8. Ex morbis acutis maximè in febribus ardentibus tubercula ad aures fiunt. Et niſi judicatione ſolvantur & matureſcunt, vel ex naribus ſanguis effluat, vel urina ſubſidentiam craſſam habeat, ægros interimunt. Co. S. 2. No. 96.

Auris dolor acutus cum febre continuâ ac forti, horrendus eſt. Periculum eſt enim deliraturum eſſe hominem, ac periturum. Prænot. S. 22.

Tubercula juxta aures in febrientibus cum dolore obortâ, quibuſdam febre judicatorio modo deficiente, neque ſedantur, neque ſuppurantur. Hæc bilioſorum alvi profluvium, aut dyſenteria, aut craſſarum urinarum ſubſidentia ſolvit. M. Pop. P. 668. No. 178.

Quibus tubercula ad aures circa judicationem ſuborta non ſuppurata fuerint, his diſparentibus, recidiva fit.

γίνεται. Κατὰ λόγον τῶν ὑποστροφέων τῆς ὑποστροφῆς γινομένης, αὖθις αἴρεται καὶ παραμένει, ὥσπερ αἱ τῶν πυρετῶν ὑποστροφαὶ, ἐν ὁμοίῃ περιόδῳ. Ἐπὶ τουτοισιν ἔλπις ἐς ἄρθρα ἀφίστασθαι.

Pro ratione verò recidivarum recidiva contingente, rurſus intumeſcunt & permanent, veluti febrium recidivæ in ſimili circuitu. His ſpes eſt ad articulos abſcedere. M. Pop. P. 807.

9. Ἀποστάσιες ἢ διὰ φλεβῶν, ἢ δι' ὀστέων, ἢ νεύρων, ἢ δέρματος.

9. Abſceſſus aut per venas, aut per oſſa, aut nervos, aut cutem. M. Pop. P. 687. No. 45.

10. Ἄρισται (ἀποστάσιες) δὲ μάλιστα αἱ κάτω, καὶ αἱ κατωτάτω κοιλίης, καὶ προσωτάτω ἀπὸ τῆς νούσου.

10. Optimi abſceſſus verò potiſſimùm ſunt inferni & longiſſimè infra ventrem, & remotiſſimi à morbo. M. Pop. P. 687. No. 47.

11. Γενομένων δὲ χρόνων μακρῶν, καὶ πόνων πολλῶν, καὶ κακῆς ξυντήξιος, ἐπὶ τουτέοισιν ἀποστάσιες ἐγένοντο, ἢ μείζους, ὥστε ὑποφέρειν μὴ δύνασθαι, ἢ μείους, ὥστε μηδὲν ὠφελέειν.

11. Si verò tempus productum fuerit, & dolores multi, & colliquatio mala, his abſceſſus ſuccedebant, aut majores quàm ut ferre queant, aut minores quàm ut prodeſſent. M. Pop. P. 660. No. 65.

12. Ἀπόλλυνται δὲ οἱ μὲν νεώτεροι τῶν ἀνθρώπων ἑβδομαῖοι, καὶ ἔτι

12. Pereunt autem juniores homines ſeptimo die, aut citiùs, ex

ἔτι θᾶσσον, ὑπὸ τουτέου τοῦ νοσήματος. Οἱ δὲ γέροντες, πολλῷ βραδύτερον. Οἵ τε πυρετοὶ, καὶ αἱ παραφροσύναι ἧσσον αὐτέοισιν ἐπιγίνονται, καὶ τὰ ὦτα διὰ τοῦτο φθάνει ἐκπυΐσκεσθαι.

ex hoc morbo. Senes verò longè tardiùs. Nam & febres & deliria minùs ipſis accidunt, & hâc de cauſâ aures antea ſuppurantur. Prænot. S. 22.

Προσεπιθεωρέειν δε καὶ τοὺς πυρετοὺς, ἤν τε ἐπιτείνωσιν, ἤ τε ἀνιῶσι, καὶ οὕτως ἀποφαίνεσθαι.

Verùm conſiderare oportet etiam febres ipſas, num intenduntur, aut remittant, atque ita de totâ re ſententiam ferre. Co. S. 2. No. 98.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΝΔΕΚΑΤΟΣ.

34. ΤΗΝ Δρομεάδεω γυναῖκα, θυγατέρα τεκοῦσαν, καὶ τῶν ἄλλων πάντων γινομένων κατὰ λόγον, δευτεραίην ἐοῦσαν, ῥῖγος ἔλαβε· πυρετὸς ὀξύς. Ἤρξατο δὲ πονέειν τὴν πρώτην, περὶ ὑποχόνδριον· ἀσώδης, φρικώδης, ἀλύουσα, καὶ τὰς ἐχομένας οὐχ ὕπνωσε· πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, αὐτίκα ἀνεσπασμένον. Δευτέρῃ, ἀφ' ἧς ἐῤῥίγωσεν, ἀπὸ κοιλίης καλῶς κόπρανα διῆλθεν· οὖρα παχέα, λευκὰ, θολερά· οἷα γίνεται

ÆGER UNDECIMUS.

34. DRomeadæ conjugem poſtquam filiam peperiſſet, cæteraque omnia rite atque ordine procederent, poſtridie rigor cum febre acutâ prehendit. Primo ſtatim die præcordii dolor invaſit, non ſine ſtomachi faſtidio, horrore, magnâque corporis incontinentiâ, neque iis, qui pòſt conſecuti ſunt, diebus ſomnum capere potuit. Spiratio rara, magna, ſubitóque revulſa, ac velut retracta fuit. Poſtridie ejus diei quo rigor cepit, ex alvo commodè ſtercora proceſſerunt, urinæ, craſſæ, albæ, turbulentæ, cujuſmodi eſſe ſolent

νεται ἐκ τῶν καθισταμένων, ὅταν ἀναταραχθῇ κείμενα χρόνον πουλύν· οὐ καθίστατο· νύκτα οὐκ ἐκοιμήθη. Τρίτῃ, περὶ μέσον ἡμέρης ἐπερρίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· οὖρα ὅμοια· ὑποχονδρίου πόνος· ἀσώδης· νύκτα δυσφόρως, οὐκ ἐκοιμήθη· ἵδρωσε δι᾽ ὅλου ὑπόψυχρῳ, ταχὺ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη. Τετάρτῃ, περὶ μὲν ὑποχόνδρια, μικρὰ ἐκουφίσθη· κεφαλῆς δὲ βάρος μετ᾽ ὀδύνης· ὑπεκαρώθη· ἔσταξε μικρὰ ἀπὸ ῥινῶν· γλῶσσα ἐπίξηρος, διψώδης· οὖρα λεπτά, ἐλαιώδεα· σμικρὰ ἐκοιμήθη. Πέμπτῃ, διψώδης, ἀσώδης· οὖρα ὅμοια· ἀπὸ κοιλίης οὐδέν· περὶ δὲ μέσον ἡμέρης, πολλὰ παρέκρουσε, καὶ πάλιν ταχὺ σμικρὰ

lent quæ ſubſederunt, ubi in matellâ multo tempore depoſitæ returbantur, neque ſubſidebant, noctu nihil dormivit. Tertio, ad meridiem novo ſuborto rigore febris acuta prehendit, urinæ ſimiles, præcordii dolor, ſtomachi faſtidium & nauſea aderant, nox difficilis fuit, nequè dormivit, ſudor per totum corpus frigidus diffuſus eſt, ſtatim tamen rurſus ad calorem rediit. Quarto, præcordii dolor aliquantùm remiſit, ſed unà cum dolore capitis gravitas adfuit, ſopore nonnihil detenta eſt, nares paucum ſtillârunt ſanguinem, lingua valde reſiccata, ſitibunda fuit, urinæ tenues, oleoſæ, parum dormivit. Quinto, ſiticuloſa, nauſeabunda, urinæ eædem, ex alvo nihil ſeceſſit, circa meridiem valde deliravit. Confeſtimque rurſus parùm ad intelligentiam rediit, ubi ſurrexiſſet

σμικρὰ κατενόει· ἀνισταμένη ὑπεκαρώθη· ψύξις μικρά· νυκτὸς ἐκοιμήθη· παρέκρουσεν. Ἕκτης πρωῒ ἐπερρίγωσε, ταχὺ δὲ διεθερμάνθη· ἵδρωσε δι' ὅλου· ἄκρεα ψυχρά· παρέκρουσε· πνεῦμα μέγα, ἀραιόν. Μετ' ὀλίγον σπασμοὶ ἀπὸ κεφαλῆς ἤρξαντο· ταχὺ ἀπέθανεν.

rexiſſet ſopore detenta eſt, paulùm perfrixit, nocte dormivit, deliravit. Sexto die, manè novus ſubortus eſt rigor celeriterque recaluit, ſudor toto corpore dimanavit, extrema frigeſcebant, deliravit, ſpiratio magna & rara fuit. Paulò pòſt convulſionibus à capite ſubortis celeriter defuncta eſt.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

CUM partus ipſe, & omnia poſt partum, feliciter admodùm proceſſerant; die tamen ſequenti, tot maligna ſymptomata exorta ſint; gravem aliquam & abditam cauſam, quæ tali incendio fomitem præbuit, intus deliteſcere vel craſſæ Minervæ medicus ſubolfaciet. Naturam autem cauſæ ſolus forſan Hippocratice doctus perſpectam habebit; ille etenim, ex hypochondrii dolore poſt enatam febrem remanente (1), uteri, vel vicinarum partium inflammationem ſubeſſe intelliget. Quippe ſi dolor inflammatorius non fuiſſet, à febre ſolutus fuiſſet; ideòque febres malignæ habentur quæ hinc originem ducunt (2).

Ad pulmones quoque & cerebrum irrepſiſſe inflammationem inviſum reſpirationis genus arguit (3). Delirium (4), convulſiones (5), & mortem exinde eſſe metuenda (6), ſortes Aſclepiadum ad ravim uſque clamant. Feralia hæcce decreta perniciosæ die ſequenti urinæ non perfunctoriè rata faciunt (7), malorumque immobilis pertinacia non lentis paſſibus properare fatum indicat (8). Nam die tertio, eadem omnia perdurabant; novuſque acceſſit ejuſdem indolis hoſtis, ſudor frigidus (9), ſuum, licèt ſupervacaneum, morituro ſuffragium conferens. Perfidæ quoque die quarto induciæ malitiam morbi mirificè illuſtrant (10); ſuſpecta ſunt ab hoſte beneficia, & plerumque infeſtiſſimi livoris monumenta poſt ſe relinquunt. Statim ergò, relictis hypochondriis,

R dolor

dolor cum gravitate ſoporoſa cerebrum invaſit. Sed & alium quoq; mortis prænuncium (quo vix certior ullus) fatalis hæcce dies protulit; viz. narium ſtillicidium (11). Cùm igitur tot lethalia ſigna die quarto emineant, diem ſeptimum haud ſuperaturam ægrotam cognoſcimus (12). Delira ergo, & convulſa, legibus Aſclepiadum morigera, die ſexto ad plures migravit.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Ὁκόσοισι περὶ τὸ ὑποχόνδριον πόνοι γίγνονται ἄτερ φλεγμονῆς, τουτέοισι πυρετὸς ἐπιγινόμενος λύει τὸν πόνον.

1 QUibus ad hypochondrium dolores fiunt abſque inflammatione, his febris ſuperveniens ſolvit dolorem. Aph. S. 6. No. 40.

2. Οἱ δὲ ὑποχονδρίων ἀλγήματι πυρετοὶ, κακοήθεες.

2. Febres ex præcordiorum doloribus, malignæ. Præd. S. 7. L. 1.

3. Πνεῦμα δὲ πυκνὸν μὲν ἐὸν, πόνον σημαίνει, ἢ φλεγμονὴν ἐν τοῖσι ὑπὲρ τῶν φρενῶν χωρίοισι.

3. Spiritus denſus dolorem ſignificat, aut inflammationem in locis ſupra ſeptum tranſverſum. Prænot. S. 4.

4. Μέγα

4. Qui

4. Μέγα δ' ἀναπνεόμενον, καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου, παραφροσύνην δηλοῖ.

4. Qui verò magnus inſpiratur, & per multum temporis intervallum, delirium ſignificat. Prænot. S. 4.

5. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα προσκόπτον, κακόν. Σπασμὸν γὰρ σημαίνει.

5. In febribus ſpiritus offendens, malum. Convulſiones enim ſignificat. Aph. S. 4. No. 68.

Κάκιστον δὲ καὶ πλησίον θανάτου — καὶ διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις, ὁποῖον ἐπεισπνέουσι.

Peſſimus autem eſt, & morti propinquus,-- duplo intro revocatus, velut ſuperinſpirantibus. Co. S. 2. No. 194.

6. Ὁρῆν δὲ χρὴ καὶ τοὺς μυκτῆρας, ἢν ὁμοίως τὸ πνεῦμα δι' ἀμφοτέρων ἕλκηται, καὶ ἢν πολὺ φέρηται ἐκ τῶν μυκτήρων, φιλέει γίνεσθαι σπασμός. Ἢν δὲ σπασμὸς γένηται, θάνατος τῷ τοιῷδε προσδόκιμος, καὶ καλῶς ἔχει προλέγειν.

6. Inſpicere verò nares oportet, an ſpiritus æqualiter per utraſque feratur, & ſi multus feratur è naribus, convulſio fieri ſolet. Si verò convulſio fiat, tali mors expectanda eſt; & pulchrum eſt prædicere. Vict. Acut. P. 307. S. 48. No. 7.

7. Ὁκόσοισι δ' ἐν πυρετοῖσι τὰ οὖρα ἀνατεταραγμένα, οἷα ὑποζυγίων, τουτέοισι κεφαλαλγίαι ἢ πάρεισιν, ἢ παρέσονται.

7. Quibus autem in febribus urinæ conturbatæ, qualis jumentorum, his capitis dolores adſunt, aut aderunt. Aph. S. 4. No. 70.

Πάνυ γὰρ τὰ δασέα οὖρα, καὶ ἀνατεταραγμένα, σημεῖον ἀκριβὲς κεφαλαλγίης, καὶ σπασμοῦ, καὶ θανάτου.

Urinæ denſæ, & conturbatæ, certum ſignum doloris capitis, convulſionis, & mortis. M. Pop. P. 874. S. 54.

8. Τὰ δὲ ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ μέλλοντα κρίνεσθαι, εὐπετέστερα γινώσκεσθαι. Μέγιστα γὰρ τὰ διαφέροντα ἀπ' ἀρχῆς αὐτέοισιν ἐστιν. Οἱ μὲν γὰρ περιεσόμενοι, εὔπνοοί τε καὶ ἀνώδυνοι εἰσι, καὶ κοιμῶνται τὰς νύκτας, τάτε ἄλλα σημεῖα ἔχουσιν ἀσφαλέστατα. Οἱ δὲ ἀπολλύμενοι, δύσπνοοι γίνονται, ἀλλοφάσσοντες, ἀγρυπνέοντες, τά τε ἄλλα σημεῖα κάκιστα ἔχοντες.

8. Qui verò morbi in breviſſimo tempore judicabuntur, faciliores cognitu ſunt. Maximæ enim differentiæ ipſis ab initio ſunt. Qui enim ſuperſtites evaſuri ſunt, facilè ſpirantes, & doloris expertes ſunt, & nocte dormiunt, aliaque ſigna ſecuriſſima habent. Qui verò morituri, ægrè ſpirantes fiunt, delirantes, vigilantes, aliaque ſigna peſſima habent. Prænot. S. 21.

Καὶ γὰρ τὸ παραχρῆμα ἀπολλυμένων ταχύτεραι αἱ κρίσιες, ὅτι ταχέες οἱ πόνοι, καὶ συνεχέες, καὶ ἰσχυροί. Τὰ δ' ἐκκρίνοντα ἐπὶ τὸ βέλτιον, μὴ αὐτίκα ἐπιφαινέσθω.

Nam & eorum qui ſtatim pereunt velociores ſunt judicationes, quoniam celeres ſunt dolores, & continui, & fortes. Quæ verò ad melius judicant, non ſtatim apparere debent. M. Pop. P. 686. No. 30.

9. Ψυχροὶ

9. Sudores

9. Ψυχροὶ ἱδρῶτες ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ, θανάσιμοι. Ξὺν δὲ πρηϋτέρῳ, μῆκος σημαίνουσι τῆς νούσου.

9. Sudores frigidi cum acutâ febre, lethales. Cum mitiori verò, longitudinem morbi ſignificant. Judicat. S. 8.

10. Τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥαστωνήσαντα, θάνατον σημαίνει.

10. Pernicioſa ſine ſignis levantia, mortem ſignificant. Prædict. S. 6. L. 1.

11. Στάξιες αἱ ἐλάχισται, κακαί.

Μυκτὴρ ἐν τουτέοισι ἀποστάζων, ὀλέθριον. Ἄλλως τὲ, καὶ ἐν τεταρταίοισιν ἀρχομένοισι.

11. Perpuſillæ ſanguinis ſtillæ, malum. Co. S. 1. No. 86.

Naſus in his diſtillans, pernicioſus, tum aliàs, tum quarta ab initio die. Prædict. S. 1. L. 1.

12. Τῶν ἑπτὰ, ἡ τετάρτη ἐπίδηλος.

12. Septimorum, quartus eſt index. Aph. S. 2. No. 24.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΩΔΕΚΑΤΟΣ.

35. ΑΝθρωπος θερμαινόμενος ἐδείπνησε, καὶ ἔπιε πλέον· ἤμεσε πάντα νυκτός· πυρετὸς ὀξύς· ὑποχονδρίου δεξιοῦ πόνος· φλεγμονὴ ὑπολάπαρος ἐκ τοῦ ἔσω μέρεος· νύκτα δυσφόρως. Οὖρα δὲ κατ' ἀρχὰς παχέα ἔχοντα, ἐρυθρά, κείμενα οὐ καθίστατο· γλῶσσα ἐπίξηρος· οὐ λίην διψώδης. Τετάρτῃ, πυρετὸς ὀξύς· πόνοι πάντων. Πέμπτῃ, οὔρησε λεῖον, ἐλαιῶδες, πουλύ· πυρετὸς ὀξύς. Ἕκτῃ, δείλης πολλὰ παρέκρουσεν, οὐδὲ ἐς νύκτα ἐκοιμήθη. Ἑβδόμῃ, πάντα παρωξύνθη· οὖρα ὅμοια· λόγοι πολλοί· κατέχειν οὐκ ἠδύνατο. Ἀπὸ δὲ κοιλίης

ÆGER DUODECIMUS.

35. INcaleſcens quidam cœnavit, bibitque largiùs, nocte omnibus vomitu refuſis febris acuta prehendit cum præcordii dextri dolore, inflammatio ſubinanis ad interna vergebat, nox moleſta & difficilis fuit. Urinæ verò per initia craſſæ, rubræ, quæ in matulâ depoſitæ non ſubſidebant, lingua valde reſiccata, non admodum erat ſiticuloſus. Quarto die, febris acuta invaſit, undique dolores urgebant. Quinto, minxit læve, oleoſum, multum, febris acuta detinebat. Sexto, ad veſperam plurimùm deliravit, neque nocte dormivit. Septimo, exaſperata ſunt omnia, urinæ ſimiles erant, verba multa profundebat, neque ſe

κοιλίης ἐρεθισμῷ ὑγρὰ ταραχώδεα διῆλθε, μετ' ἑλμίνθων. Νύκτα ὁμοίως ἐπιπόνως· πρωῒ δὲ ἐῤῥίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· ἵδρωσε θερμῷ· ἄπυρος ἔδοξε γενέσθαι· οὐ πολὺ ἐκοιμήθη· ἐξ ὕπνου, ψύξις, πτυαλισμός· δείλης πολλὰ παρέκρουσε. Μετ' ὀλίγον δὲ ἤμεσε μέλανα, ὀλίγα, χολώδεα. Ενάτη, ψύξις· παρελήρει πολλά· οὐχ ὕπνωσε. Δεκάτη, σκέλεα ἐπωδύνως· πάντα παρωξύνθη· παρελήρει. Ενδεκάτη, ἀπέθανεν.

ſe continere poterat. Ex alvo irritata, liquida & turbulenta cum lumbricis ſeceſſerunt, nox perinde laborioſa fuit. Manè verò ex rigore febris prehendit acuta, ſudor calidus ſubſecutus eſt, ex quo ſine febre eſſe viſus eſt, non multùm quievit. Ex ſomno perfrictio, crebra ſputatio, ad veſperam multùm deliravit. Paulò pòſt verò nigrorum, paucorum bilioſorum vomitus eſt ſubſecutus. Nono, perfrictio, magnum delirium, neque dormivit. Decimo, crurum dolor invaſit, ingraveſcebant omnia, deſipuit. Undecimo, mortuus eſt.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

IN gravem errorem delapſi videntur Galenus & omnes ferè poſt eum, quot quot Hippocratem notis illuſtrarunt, qui morbum hùnc naturâ ſuâ admodùm mitem conjiciunt, intempeſtiva verò cibi & potûs ingurgitatione lethalem deveniſſe. Hoc quippe non ſolum gratis dictum eſt, ſed & rationi & doctrinæ Hippocraticæ omnino repugnat. Nec precariam adeò rem eſſe hominis vitam, vel quæ filo tam exili ſuſpendatur, facilè crediderim, ut alimento alioquin ſalubri, & potu conſuetudinem paululùm excedente, in morbi principio temerè uſurpatis, & ſtatim poſt vomitu rejectis, concuſſa præceps corruat. Quomodo autem cognovit Galenus, morbum hunc adeò levem futurum eſſe? Reſpondet quidem, quod ante cibos ſolum incaluit, nec febris ante vomitionem acuta evaſit. At ne noverat quoque, omnia circa principia debiliora eſſe (1), & circa vigorem fortiora; & vix inchoatum fuiſſe morbum, cum cibos ſumpſit ægrotus: Ipſeque fatetur Hippocrates, difficillimum eſſe in principio morborum durationem vel vehementiam prævidere (2), niſi præcipiti admodùm curſu ferantur (3). Ergo, ex deſcriptione hujus febris, nulla ante cibos aſſumptos conjectura legitima formari potuit; nec tam diros effectus ex hujuſmodi (in morbis) commiſſis erroribus Hippocrates obſervavit. E contrario, brevi evaneſcere docet mala (4), quæ hinc originem ducunt. Condonabitur hæc

hæc mihi licentia in tanto viro animadvertendo, quoniam apprimè neceſſarium eſt medentibus, ut morborum genuina ſymptomata ab extraneis & adventitiis diſtinguantur; quod ſæpius ab Hippocrate nec perfunctoriè inculcatum reperio. Non ſolum enim operam perdimus fortuita hæcce ſymptomata domando, quæ ſponte deſitura eſſent; ſed naturæ forſan inſtitutum, quæ in morbo ipſo expugnando occupata fuit, irritum facimus. Supponatur V. G. pleuriticus in morbi vigore, cui ſputum coctum facile educitur, & reliqua pro morbi genio auſpicato admodum procedunt; dein, ex temeraria cibi & potûs aſſumptione, dyſpnæa, vel delirium ſuperveniat: Huic ſi medicus, ignota vel neglecta mali cauſa, venam ſecaret, quo dyſpnææ, vel delirio occurreret, in ſummum vitæ periculum ægrum inducturus eſſet, debilitatis nempe viribus, quæ ad ſputum eliminandum tantummodo ſuffecere. Sed hæc obiter, hiſtoriam ipſam aggrediamur.

Hypochondrii dextri tumor ſubmollis cum dolore primum eſt ſymptoma quod occurrit; ex tumoribus autem hypochondrii dolentibus febres malignas oriri, in præcedenti aliiſque ægrotis jam pridem obſervatum eſt, hoſque affectus in dextro quàm ſiniſtro latere magis periculoſos eſſe (5). Sed præceps exinde non metuendum eſt exitium, quoniam inflammatio ſubmollis erat (6). Urina craſſa affectum caput indicat (7), & linguâ reſiccatâ (8), phrenitidem jam inchoatam vel ſaltem in propinquo eſſe, ſitis abſentia demonſtrat; nam, ſiccâ linguâ, fieri non potuit quin ſitiſſet ægrotus, ni mens alienata ſentiendi facultatem obtuſio-

rem reddidiſſet (9). Et, ne quid dubii præſagienti reſtaret, exacerbatio die quartâ reiterata vetat (10). Promiſſum dies ſextus delirium attulit, ſeptimo in phrenitidem tranſiens. Hoc quoque ex nocte ſextâ inſomni (11), & urinæ pertinaciâ malevolâ augurandum erat. Quibus cum judicatoria per urinam, alvum, & ſudorem, non judicantia (12), ſed malis ſtipata ſignis, viz. perfrictione poſt ſomnum (13), & nigrorum paucorum vomitione (14), acceſſere merito prædicendum erit exitium. Id verò ultra diem undecimum non prorogatum iri, diei quarti & ſeptimi afflictiones fatentur (15).

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΠΕρὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη, πάντα ἀσθενέστερα. Περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς, ἰσχυρότερα.

1. CIrca principia & fines, omnia ſunt debiliora; circà vigores verò, vehementiora. Aph. S. 2. No. 30.

2. Τουτέων δ' ἐν ἀρχῇσιν, ἐστὶ χαλεπώτατον προγινώσκειν τὰ μέλλοντα ἐν πλείστῳ χρόνῳ κρίνεσθαι. Ὁμοιόταται γὰρ ἀρχαὶ εἰσιν αὐτέων.

2. At in horum principiis, difficile eſt cognoſcere eos qui in plurimo tempore judicabuntur. Simillima enim ſunt eorum principia. Prænot. S. 20.

3. Τὰ

3. Qui

3. Τὰ δ' ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ μέλλοντα κρίνεσθαι, εὐπετέστερα γινώσκεσθαι. Μέγιστα γὰρ τὰ διαφέροντα ἀπ' ἀρχῆς αὐτέοισιν ἐστίν.

3. Qui verò morbi breviſſimo tempore judicabuntur, faciliores cognitu ſunt. Maximæ enim differentiæ ab initio ipſis ſunt. Prænot. S. 21.

4. Δῆλα δὲ τὰ διὰ τὴν ἀπειθίην γινόμενα κακά. Αἵ τε γὰρ δύσπνοιαι, καὶ τ' ἄλλα τοιαῦτα τῇ ὑστεραίῃ πεπαύσεται, ἢν δι' ἁμαρτάδα γένηται.

4. Manifeſta verò ſunt mala quæ propter ægri inobedientiam fiunt. Nam & ſpirandi difficultates, & alia hujuſmodi poſtridie ſedabuntur, ſi ob peccatum fiunt. Prædict. S. 16. L. 2.

5. Οἴδημα——εἰ δ' εἴη ἐν τῷ πλευρῷ, ἀκινδυνότερόν ἐστιν ἐν τῷ ἐπ' ἀριστερά.

5. Si tumor fuerit in latere, minus periculoſus eſt in ſiniſtro. Prænot. S. 6.

6. Οἴδημα δ' ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, σκληρόν τ' ἐὸν, καὶ ἐπώδυνον, κάκιστον μέν——σημαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα οἰδήματα ἐν ἀρχῇ μὲν θάνατον ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι. ——Τὰ δὲ μαλθακὰ τῶν οἰδημάτων, καὶ ἀνώδυνα, καὶ τῷ δακτύλῳ ὑπείκοντα, χρονιωτέρας τὰς κρίσιας ποιέεται, καὶ ἧσσον ἐκείνων δεινότερα ἐστίν. 7. Ὁκό-

6. Tumor in hypochondrio durus, & dolens, peſſimus eſt--ſignificant autem tumores tales in principio mortem quidem brevi adfuturam. ---- Tumores molles, & ſine dolore, & digito cedentes, diuturniores judicationes faciunt, & minùs illis ſunt horrendi. Prænot. S. 6.

7. Qui-

7. Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ οὖρα ἀνατεταραγμένα, οἷα ὑποζυγίων, τουτέοισι κεφαλαλγίαι ἢ πάρεισιν, ἢ παρέσονται.

7. Quibus autem in febre urinæ conturbatæ, quales jumentorum, his dolores capitis aut adſunt, aut aderunt. Aph. S. 4. No. 70.

8. Αἱ δασεῖαι κατάξηροι, φρενιτικαί.

8. Aſperæ reſiccatæ linguæ, phreniticæ. Co. S. 2. No. 150.

9. Ὁκόσοι, πονέοντές τι τοῦ σώματος, τὰ πολλὰ τῶν πόνων οὐκ αἰσθάνονται, τουτέοισιν ἡ γνώμη νοσέει.

9. Quibus pars aliqua corporis dolet, neque ferè dolorem ſentiunt, his mens ægrotat. Aph. S. 2. No. 6.

10. Τρίτην ἐπισχόντες, τετάρτην παροξυνθέντες, κακόν. Ἦ ῥά γε καὶ φρενιτικοὶ οἱ τοιοῦτοι παροξυσμοί;

10. Quibus tertio die ſubſiſtit acceſſio, & quarto ingraveſcit, malum. Et metus eſt ne hujuſmodi acceſſiones phrenitidem inducant. Co. S. 1. No. 113.

11. Κάκιστον δὲ μὴ κοιμᾶσθαι, μήτε τῆς νυκτὸς, μήτε τῆς ἡμέρης. Ἢ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης τε καὶ πόνων ἀγρυπνίη, ἢ παραφροσύνη ἔσται ἀπὸ τουτέου τοῦ σημείου.

11. Peſſimum autem eſt non dormire, neque nocte, neque die. Aut enim præ dolore & afflictionibus vigiliæ adſunt, aut delirium aderit ab hoc ſigno. Prænot. S. 9.

Ἂν ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον.

Quo in morbo ſomnus laborem facit, lethale. Aph. S. 2. No. 1.

12. Τὰ

12. Judi-

12. Τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα, τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα.

12. Judicatoria non judicantia, partim lethalia, partim difficilis judicii. M. Pop. P. 686. No. 35.

13. Οἱ κωματώδεες ὕπνοι, καὶ αἱ καταψύξιες, ὀλέθριον.

13. Somni velut ſopore oppreſſi, & perfrigerationes, pernicioſi. Co. S. 2. No. 41.

14. Εἰ δὲ εἴη τὸ ἐμεόμενον πρασοειδὲς, ἢ πέλιον, ἢ μέλαν, ὅτι ἂν ᾖ τουτέων τῶν χρωμάτων, νομίζειν χρὴ πονηρὸν εἶναι. Εἰ δὲ καὶ πάντα τὰ χρώματα ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ἐμέει, κάρτα ὀλέθριον ἤδη γίνεται.

14. Si verò id quod vomitu rejectum eſt, fuerit praſini coloris, aut lividum, aut nigrum, quicunque horum fuerit colorum, malum eſſe putandum eſt. Si verò omnes colores idem homo vomuerit, valde pernicioſum hoc eſt. Prænot. S. 12.

Τὸ μικρὰ ἐπιφαίνεσθαι, οἷον στάξις, καὶ οὖρον, καὶ ἔμετον, καὶ διαχωρήματα, κακὸν μὲν πάντως.

Quæ parva copia ſe manifeſtant, velut ſtillæ ſanguinis, ſive per urinas hæc ſint, ſive per vomitionem, ſive alvi egeſtionem, penitus quidem mala. Co. S. 5. No. 87.

15. Συνεχοῦς δὲ πυρετοῦ ἐὰν τεταρταῖος πονέηται, καὶ ἑβδομαῖος, καὶ μὴ κριθῇ ἑνδεκαταῖος ὀλέθριος ὡς τὰ πολλά.

15. In febre continuâ, ſi quis quartâ die, & ſeptimâ maximè affligatur, & non judicatus fuerit undecimâ plerumque perit. Judicat. S. 8.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

36. Γυναῖκα, ἣ κατέκειτο ἐν ἀκτῇ, τρίμηνον πρὸς ἑωυτὴν ἔχουσα, πῦρ ἔλαβεν· αὐτίκα τε ἤρξατο πονέειν ὀσφύν. Τρίτῃ, πόνος τραχήλου, κεφαλῆς, κατὰ κληῖδα, καὶ χεῖρα δεξιήν. Διὰ ταχέων δὲ γλῶσσα ἠφώνει· δεξιὴ χεὶρ παρέθη μετὰ σπασμοῦ, παραπληκτικὸν τρόπον· παρελήρει πάντα· νύκτα δυσφόρως· οὐκ ἐκοιμήθη. Κοιλίη ἐταράχθη, χολώδεσιν, ἀκρήτοισιν, ὀλίγοισι. Τετάρτῃ, γλῶσσα φωνῆς ἐλύθη· σπασμοὶ τῶν αὐτῶν· πόνοι πάντων παρέμενον· κατὰ ὑποχόνδριον ἔπαρμα ξὺν ὀδύνῃ·

οὐκ

ÆGER DECIMUS TERTIUS.

36. MUlier quædam quæ in littore decumbebat, trimeſtri fœtu gravida, igne, hoc eſt, vehemente febre, correpta eſt, ſtatimque ex lumbis dolor invaſit. Die tertio, cervicem, caput, circa jugulum manumque dextram dolor occupavit. Celeriter verò lingua voce defecta eſt, manus dextra non ſine convulſione elanguit, quale quid in partium reſolutionibus levibuſque ſiderationibus contingere ſolet, deliravit prorſus, nox difficilis & laborioſa fuit, neque dormivit, ex conturbatâ alvo bilioſa, ſincera & pauca ſeceſſerunt. Quarto, linguæ vox ſoluta, eorundem convulſiones & undique dolores perdurabant, præcordia cum tumore dolor occupavit, ſomnum non capiebat, prorſus deliravit, alvi perturbatio aderat,

urinæque

οὐκ ἐκοιμᾶτο· παρέκρουσε πάντα· κοιλίη ταραχώδης· οὖρα λεπτὰ, οὐκ εὔχροα. Πέμπτῃ, πυρετὸς ὀξὺς· ὑποχονδρίου πόνος· παρέκρουσε πάντα· διαχωρήματα χολώδεα· ἐς νύκτα ἵδρωσεν, ἄπυρος. Ἕκτῃ, κατενόει· πάντων ἐκουφίσθη· περὶ δὲ κληῗδα ἀριστερὴν, πόνος παρέμενε· διψώδης· οὖρα λεπτά· οὐκ ἐκοιμήθη. Ἑβδόμῃ, τρόμος· ὑπεκαρώθη· σμικρὰ παρέκρουσεν· ἀλγήματα κατὰ κληῗδα, καὶ βραχίονα ἀριστερὸν παρέμενε· τὰ δ' ἄλλα διεκούφισε· πάντα κατενόει· τρεῖς δὲ διέλιπεν ἄπυρος. Ἑνδεκάτῃ, ὑπέστρεψεν· ἐπερρίγωσε· πῦρ ἔλαβε. Περὶ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἤμεσε χολώδεα, ξανθὰ, ὑπόσυχνα· ἵδρωσεν· ἄπυρος ἐκρίθη.

urinæque tenues nec probati coloris reddebantur. Quinto, febris acuta prehendit cum præcordiorum dolore, penitus deliravit, alvi recrementa bilioſa erant, ſub noctem ſudor obortus eſt & à febre vindicata. Sexto, ad mentem rediit, allevârunt omnia, ad jugulum verò ſiniſtrum perſeverabat dolor, ſitibunda erat, urinas tenues reddidit, neque quievit. Septimo tremor corripuit, aliquantulùm ſoporata eſt, nonnihil deliravit, juguli & brachii ſiniſtri dolores perſeveraverunt, cætera verò allevârunt, ad ſe plane rediit. Tribus autem diebus defecit febris ab eâque immunis viſa eſt, undecimo rediit, & novo inſuper orto rigore febris vehemens corripuit. Ad decimum verò quartum diem, bilioſa, flava, crebrâ vomitione ſunt refuſa, obortoque ſudore à febre judicatione eſt liberata.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

QUoniam omnibus, quos videre licuit, commentatoribus quaſi miraculo fuit, mulierem hanc nec fœtum, nec vitam amiſiſſe; operæ pretium duxi, morbi ſymptomata ſtabilitis medicinæ prognoſticis, i. e. Hippocraticis, conferre, quo meliùs dijudicetur, num juxta leges Aſclepiadum abortum, vel mortem evaſit. Omni igitur ut fuco vacuum ſit inſtitutum examen, neceſſe habeo abortûs ſigna, quæcunque ab Hippocrate recenſentur, enumerare; liquido inde ut perſpiciat lector, horumne aliqua, vel quot huic fœminæ quadrarunt. Hæc autem ſunt mammarum gracilitas ſubita (1), magna ex mammis lactis effuſio (2), vehemens in febre attenuatio ſine cauſâ manifeſtâ (3), purgationes menſtruæ (4), uteri acetabula muco plena (5), alvi fluxus copioſus (6), venæ ſectio ſi major fuerit fætus (7), teneſmus (8), ſpiritus ſuſpirioſus in febribus (9). Hæc, ni fallor, vel pleraque, vel ſumma ſaltem eorum ſunt, quæ ab Hippocrate abortum vel præcedere, vel inferre obſervantur: Quorum ne unum quidem, præter ipſam febrem, huic contigit. Tantum igitur abeſt, ut miremur hanc non abortiviſſe, quòd de die in diem certiores facti ſumus, abortum non paſſuram eſſe. Inveſtigandum jam reſtat, num præter rationem, vel ſancitas acutorum leges, mortem effugit.

Lumborum dolores in initio morbi (10), & quæ die tertio ſymptomata ſubſecuta ſunt, medico

medico forſan, utcunque ſagaci, metum incuterent: Hiſce autem in anguſtiis, filios ſuos conſolatur Hippocrates, monens ut paroxyſmi finem expectemus, priuſquam temerè quid mali pronunciemus. Quamvis enim ex prædictis, convulſiones ſummopere metuendæ ſint (11); fieri tamen poteſt, ut ipſa hæc *σπασματα* morbum vel penitus (12), vel ex parte ſolvant: horumque vim benignam ægrota linguæ ſolutione, die quarto, experiri incepit (13), cum plenâ febris (die proximo) intermiſſione, idque intra præſcriptos ab Hippocrate limites, viz. tertio poſt convulſiones die (14). Rebus ſicce in meliùs mutatis, nihilominùs ſanitas integra non expectanda eſt, quòd plurima moleſta ſymptomata (15), quæ recidivam minantur, poſt judicationem remanebant, viz. ad jugulum dolor, ſitis, urinæ tenues. Ergo die undecimo repetit febris, novo ſuborto rigore, unde novo judicatio ſperanda eſt (16). Neque hoc ſolùm, ſed & judicationis ſpecies non obſcurè innuitur, viz. vomitio (17) & ſudor (18). Nec latebit Hippocraticè doctum, cur haſce potiùs, quàm alias, excretiones rigor excitet, viz. quia nec urinæ profluvium (19), nec abſceſſus (20), nec alvi fluorem (20), rigores ſolent præcedere.

En morbi acuti exemplum ſine præcedente (quod ſcimus) coctione ſoluti! Rarum quidem, nec ſine ſummâ ægrotantis moleſtiâ, & variis naturæ conatibus, feliciter ſaltem ad finem perductum. Sed notatu non indignum, quod omnes hi conatus diebus judicatoriis criſin moliebantur. Quarto die, lingua ſoluta eſt; quinto,

ſudore oborto, à febre vindicata eſt; ſeptimo ad ſe planè rediit; & decimo quarto perfectè judicabatur.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, ἢν οἱ μασθοὶ ἐξαίφνης ἰσχνοὶ γένωνται, ἐκτιτρώσκει.

2. Ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ γάλα πολὺ ἐκ τῶν μαζῶν ῥυῇ, ἀσθενὲς τὸ ἔμβρυον σημαίνει. Ἢν δὲ στερεοὶ οἱ μαστοὶ ἔωσιν, ὑγιεινότερον τὸ ἔμβρυον σημαίνει.

3. Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι, ὑπὸ πυρετῶν λαμβάνονται, καὶ ἰσχυρῶς ἰσχναίνονται ἄνευ προφάσιος φανερῆς, τίκτουσι χαλεπῶς καὶ ἐπικινδύνως, ἢ ἐπιτιτρώσκουσαι κινδυνεύουσιν.

4. Ἢν

1. MUlieri in utero gerenti ſi mammæ ex improviſo graciles fiunt, abortit. Aph. S. 5. No. 37.

2. Mulieri in utero gerenti ſi multum lactis ex mammis fluxerit, infirmum fœtum ſignificat. Si verò ſolidæ fuerint mammæ, ſaniorem fœtum ſignificat. Aph. S. 5. No. 52.

3. Quæcunque utero gerentes à febribus corripiuntur, & vehementer attenuantur abſque manifeſtâ cauſâ, difficulter & periculoſè pariunt, aut abortientes periclitantur. Aph. S. 5. No. 55.

4. Si

4. Ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ αἱ καθάρσιες πορεύωνται, ἀδύνατον τὸ ἔμβρυον ὑγιαίνειν.

4. Si mulieri in utero gerenti purgationes prodeant, impoſſibile eſt fœtum eſſe ſanum. Aph. S. 5. No. 60.

6. Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, ἢν ἡ κοιλίη πολλὰ ῥυῇ, κίνδυνος ἐκτρῶσαι.

6. Mulieri in utero gerenti ſi alvus multum fluxerit, periculum ne abortiat. Aph. S. 5. No. 34.

7. Γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα φλεβοτομηθεῖσα ἐκτιτρώσκει, καὶ μᾶλλον, εἰ μεῖζον εἴη τὸ ἔμβρυον.

7. Mulier in utero gerens ſectâ venâ abortit, & magis, ſi major fuerit fœtus. Aph. S. 5. No. 31.

8. Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ τεινεσμὸς ἐπιγενόμενος, ἐκτρῶσαι ποιέει.

8. Mulieri in utero gerenti teneſmus ſuperveniens, abortire facit. Aph. S. 7. No. 27.

9. Τὰ μυχθῶδες δὲ ἀναφέροντα πνεῦμα ἐν πυρετοῖσι, ἐκτιτρώσκονται.

9. Quæ ſuſpirioſum efferunt ſpiritum in febribus, abortiunt. Co. S. 3. No. 446.

10. Αἱ ἐκ νώτου ἀλγήματος ἀῤῥωστίης ἀρχαὶ, δύσκολοι.

10. Ex dorſi dolore morbi principia, difficilia ſunt. Co. S. 3. No. 6.

11. Τὰ δὲ ὀσφύος ἐς τράχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδιδόντα, παραλύοντα παραπληκτικὸν τρόπον, σπασμώδεα, παρα-

11. Quæ ex lumbis ad collum & caput tranſeunt, & levis ſiderationis modo reſolvunt, convulſoria ſunt, mentem moventia. At-

παρακρουστικά. Ἦ ῥά γε καὶ λύεται τὰ τοιαῦτα σπασμοῖσι;

tendendum autem eſt, num talia ſolvuntur convulſione? Co. S. 3. No. 10. Prædict. S. 16. L. 1.

12. Ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, σπασμὸς ἢν λάβῃ, παύεται ὁ πυρετὸς αὐθημερὸν, ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ τρίτῃ.

12. Si à febre detentum convulſio corripiat, ſedatur febris eâdem die, aut poſtridie, aut tertiâ die. Judicat. S. 12. Co. S. 1. No. 231.

13. Σπασμῶν φωνὴ ἐν γονίμῳ λύεται, ἀπήλλακται τοῦ μεγάλου νοσήματος.

13. In convulſionibus ſi vox die legitimo ſolvitur, à magno morbo liberat. M. Pop. P. 708. No. 8.

14. Ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, σπασμὸς ἢν λάβῃ, παύεται ὁ πυρετὸς αὐθημερὸν, ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ τρίτῃ.

14. Si à febre detentum convulſio corripiat, ſedatur febris eâdem die, aut poſtridie, aut tertiâ die. Judicat. S. 12. Co. S. 1. No. 231.

15. Ὑποστροφαὶ λαμβάνονται, οἷσιν ἂν ἀπυρέτοισι γινομένοισιν ἀγρυπνίαι ἐῤῥομένοι προσγίνωνται, καὶ ὕπνοι ταραχώδεες, ἢ ἀῤῥωστίη τοῦ σώματος, ἢ ἀλγήματα ἑνὸς ἑκάστου τῶν μελέων.

15. Recidivæ fiunt in his quibus, febribus deſinentibus, vigiliæ fortes accedunt, aut ſomni turbulenti, aut corporis debilitas, aut dolores uniuſcujuſque membri. Judicat. S. 9.

16. Ὑπὸ 16. A

16. Ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ, ἐπιγινομένου ῥίγεος, λύσις.

17. Ἢν δὲ καὶ ῥῖγος προσγένηται, καὶ τὰ κάτω μέρη τοῦ ὑποχονδρίου ψύχεα ἔχῃ, καὶ θᾶσσον ἔτι ὁ ἔμετος παρέσται.

18. Ἐν καύσῳ, ἐὰν ἐπιλάβε ῥῖγος, φιλέει ἐξιδροῦν.

19. Οἷσι ῥῖγος, οὔρου ἐπίστασις.

20. Ἀποστάσιες οὐ μάλα, οἷσι ῥίγεα.

16. A febre ardente detento, rigore ſuperveniente, ſolutio fit. Aph. S. 4. No. 58.

17. Si verò rigor ſuperveniat, & partes infra præcordia frigida ſint, citiùs adhuc vomitus aderit. Prænot. S. 25.

18. In febre ardente, ſi rigor inſuper corripiat, exudare ſolet. Judicat. S. 11.

19. Quibus rigor, urinæ ſuppreſſio. Co. S. 1. No. 43.

20. Quibus rigores fiunt, nil ferè abſcedere ſolet. M. Pop. P. 797. No. 25.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

37. ΜΕλιδίη, ἣ κατέκειτο παρὰ τὸ τῆς Ἥρης ἱερὸν, ἤρξατο κεφαλῆς, καὶ τραχήλου, καὶ στήθεος πόνος ἰσχυρός· αὐτίκα δὲ πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβε. Γυναικεῖα δὲ σμικρὰ ἐπεφαίνετο· πόνοι τουτέων πάντων ξυνεχέες. Ἕκτη, κωματώδης, ἀσώδης, φρικώδης· ἐρύθημα ἐπὶ γνάθων· σμικρὰ παρέκρουσεν. Ἑβδόμη, ἵδρωσε· πυρετὸς διέλιπεν· οἱ πόνοι παρέμενον· ὑπέστρεψεν· ὕπνοι σμικροί. Οὖρα διὰ τέλεος, εὔχροα μὲν, λεπτὰ δέ· διαχωρήματα λεπτὰ, χολώδεα, δακνώδεα, κάρτα ὀλίγα, μέλανα, δυσώδεα διῆλθεν. Οὔροισιν ὑπόστασις λευκὴ, λείη· ἵδρωσεν. Ἐκρίθη τελέως ἑνδεκαταίη.

ÆGER DECIMUS QUARTUS.

37. MElidia, quæ ad Junonis ædem decumbebat, ex capite, cervice, & pectore vehementer dolere cœpit, confeſtimque febris acuta prehendit. Menſtruæ verò purgationes paucæ viſæ ſunt, horumque omnium continentes erant dolores. Sexto die, profundus eam ſopor corripuit, ſtomachi faſtidium & æſtuatio, horror, malarum rubor, deliravit. Septimo, profuſo ſudore febris intermiſit, dolores perſeverabant, febris rediit, ſomni parvi aderant. Urinæ per totum morbum laudabilis fuêre coloris, cæterum tenues. Alvi recrementa tenuia, bilioſa, mordacia admodum pauca, nigra, graveolentia prodierunt. In urinis ſubſederunt alba & lævia, ſudor dimanavit, die undecimo judicatione integrè eſt abſoluta.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

AD illuſtrandam doctrinam Hippocraticam hujus quoque ægritudinis hiſtoria, ſigillatim licet non proponantur quotidiana ſymptomata, non parùm confert. Ad ſextam uſque diem permanentes capitis dolores, fortes & continui, morbum vehementem ſignificant; at mortiferum, ſi quod aliud lethale ſignum comparuiſſet (1). Sed cùm urina, etiamſi tenuis ab initio, bene colorata fuit; poſt febris intermiſſionem, nihil, præter recidivam, ex cruditate (2), & dolorum perſeverantia pronunciandum eſt (3). Color verò dejectionum lethalis omnino negligendus eſt, quòd prægreſſæ recidivæ conditio judicationem (4), quinto poſt die, neceſſario ſuppoſuit; undecimo ergo die perfectè judicabatur.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΚΕφαλῆς ὀδύναι ἰσχυραί τε, καὶ συνεχέες, σὺν πυρετῷ, ἢν μὲν τὶ τῶν θανατωδέων σημείων προσγίνοιτο, ὀλέθριον κάρτα.

2. Ὁκό-

1. CApitis dolores fortes, & continui, cum febre, ſiquidem lethalium ſignorum quid acceſſerit, pernicioſi valde ſunt. Prænot. S. 22.

2. Qui-

2. Ὁκόσοισι δὲ ἂν οἱ πυρετοὶ παύωνται, μήτε σημείων γενομένων λυτηρίων, μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσιν, ὑποστροφὴν προσδέχεσθαι ἐλπὶς τουτέοισι.

3. Ὑποστροφαὶ λαμβάνονται, οἷσιν ἂν ἀπυρέτοισι γινομένοισιν ἀγρυπνίαι ἐῤῥωμέναι προσγίνωνται, καὶ ὕπνοι ταραχώδεες, ἢ ἀῤῥωστίη τοῦ σώματος, ἢ ἀλγήματα ἑνὸς ἑκάστου τῶν μελέων.

4. Καὶ ἐὰν ἐκλελοιπότος τοῦ πυρετοῦ, καὶ ἱδρῶτος ἐπιγινομένου, πυῤῥὸν οὖρον οὐρήσει λευκὴν ὑπόστασιν ἔχον, προσδέχου τούτοις ὑποστροφὴν πυρετοῦ αὐθημερόν. Αὗται δὲ αἱ ὑποστροφαὶ πεμπταῖαι κρίνονται ἀκίνδυνοι.

2. Quibus febres ceſſant, neque ſignis ſalutaribus apparentibus, neque in diebus judicatoriis, his reverſuras expectandum eſt. Prænot. S. 24.

3. Recidivæ fiunt in his, quibus febribus deſinentibus vigiliæ fortes accedunt, aut ſomni turbulenti, aut corporis debilitas, aut dolores uniuſcujuſque membri. Judicat. S. 9.

4. Et ſi, febre deficiente cum ſudore accedente, urinam fulvam minxerit quæ albam habet ſubſidentiam, his expectare oportet recidivam eodem ipſo die. Hæ verò recidivæ quinto die judicantur extra periculum. Judicat. S. 9.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ

ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ.

HIPPOCRATIS

DE

MORBIS VULGARIBUS

LIBER TERTIUS.

ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

Ἄῤῥωστος Πρῶτος.

1. Πυθίων, ὃς ᾤκει παρὰ Γῆς ἱερὸν· ἤρξατο τρόμος ἀπὸ χειρῶν. Τῇ πρώτῃ, πυρετὸς ὀξὺς, λῆρος. Δευτέρῃ, πάντα παρωξύνθη. Τρίτῃ, τὰ αὐτά. Τετάρτῃ, ἀπὸ κοιλίης

SECTIO PRIMA.

Æger Primus.

1. PYthio ad Telluris ædem habitabat. Huic ſtatim primo die tremor ex manibus, febris acuta, & mentis vacillatio cœpit. Quæ omnia poſtridie exaſperata ſunt, & tertio eadem perſeveravêre. Quarto, ex alvo pauca,

λίης ὀλίγα, ἄκρητα, χολώδεα διῆλθε. Πέμπτη, πάντα παρωξύνθη· ὕπνοι λεπτοί· κοιλίη ἔστη. Ἕκτη, πτύελα ποικίλα, ὑπέρυθρα. Ἑβδόμη, στόμα παρειρύσθη. Ὀγδόη, πάντα παρωξύνθη· τρόμοι καὶ πάλιν παρέμενον· οὖρα δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν καὶ μέχρι τῆς ὀγδόης, λεπτὰ, ἄχροα, ἐναιώρημα εἶχον ἐπινέφελον. Δεκάτη, ἵδρωσε· πτύελα ὑποπέπονα· ἐκρίθη. Καὶ οὖρα ὑπόλεπτα περὶ κρίσιν. Μετὰ δὲ κρίσιν, τεσσαρακοστῇ ἡμέρῃ ὕστερον ἐμπύημα περὶ ἕδρην, καὶ στραγγουριώδης ἐγένετο ἀπόστασις.

ſincera, bilioſa tranſmiſſa ſunt. Quinto, invaluerunt omnia, tremores perſeverârunt, ſomni exigui aderant, alvus conſtitit. Sexto, ſputa fuerunt varia, aliquantulùm rubra. Septimo, os perperam diſtractum eſt. Octavo, ingraveſcentibus omnibus etiamnum tremores permanebant. Urinæ verò à principio quidem & ad octavum uſque diem tenues, decolores, ſublime quiddam in medio innatans nubilum habebant. Decimo, ſudoribus provocatis paulúmque maturioribus redditis ſputis judicatus eſt, & ſub judicium ipſum urinæ aliquantiſper, tenues viſæ ſunt. Poſt judicationem verò, quadrageſimo tandem die, circa ſedem ſuppuratio facta eſt, & in ſtranguriam abſceſſus tranſiit.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

EX duobus quæ primo die occurrunt ſymptomatibus, delirium valde metuendum eſſet (1), ni manuum tremor, alterum, nec leve quidem ſymptoma præceſſiſſet. Hoc autem poſito, non modo non metuendum eſt delirium, ſed & maximè prodeſſe cenſendum; quod inde critica tremorum ceſſatio ſperanda fuit (2). Conſtat autem tremores poſt delirium ceſſâſſe, quoniam ad octavum uſque diem amplius non memorantur; tunc enim τρόμοι πάλιν παρέμενον, i. e. redierunt & permanebant, non ut priùs ſtatim deſierunt. Aliàs ab interpretibus expoſitam eſſe hanc ſententiam ſatis ſcio, viz. tremores ſine intermiſſione etiamnum permanebant. Sed quâ ratione, vel autoritate, id planè neſcio; nam πάλιν apud nullos, quos videre contigit, authores durationem, ſed mutationem rei ſignificat. Pace ergo diſſentientium, diverſam expoſitionem ſequar; cum id non ſolum uſus communis ſuadet, ſed & Aphoriſmorum, Coaçarum, Prænotionum, & libri de Judicationibus autoritas idem cogit. Omnes nempe aſſerunt tremores in febribus ardentibus à delirio ſolvi. Ab hoc die ad octavum, morbi principium duravit, variis incidentibus ingraveſcens, quæ nec mortem, nec criſin præ ſe ferunt. Tum primum enim coctionis, imperfectæ licet, ſigna in urinis conſpecta ſunt; ideoque febris die proximo critico judicabatur.

Quoniam verò ſub judicium ipſum, urinæ tenues erant, morbi reliquiæ non niſi longo poſt tempore, viz. die quadrageſimo, ſtranguriâ & ſuppuratione circa ſedem factâ, penitùs ſubactæ ſunt.

In hoc ægroto notatu digniſſimum eſt, quòd licèt abſceſſus ſedis ſuppuratorius, & ſtranguria non ante diem quadrageſimum evenerint, à decimo tamen morbi die, medico Hippocratico præſagienda fuerunt; ex diuturna ſcilicet urinæ tenuitate (3), & tremoribus abſque judicatione legitimâ ſolutis (4). Febris die decimo judicabatur, quoniam paribus diebus exacerbata eſt (5); iiſdemque jugiter morbum depellere natura conatur. Nam die ſecundo, omnia ingraveſcebant; quarto dejectiones erant ſinceræ, i. e. exacerbatoriæ (6); nec morbi idea, quamvis quinto die omnia exacerbata ſunt, exinde mutatur, nam in morbis magnis acceſſiones ſæpe reduplicantur (7). Die quarto per alvum, ſexto per ſputum criſis incepta eſt, octavo omnia exacerbata ſunt, & decimo judicatur.

ΠΡΟΓ-

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΤΗσι δ' ἐν ἀρχῆσι τῶν πυρετῶν ἤν τε παραφροσύνη ἐπιγίνηται, ἤν τε ἀπόπληξις τῶν μελέων τινὸς, εἰδέναι τὸν ἄνθρωπον ἀπολλύμενον, ἢν μὴ παντάπασιν ἢ τῶν καλλίστων τι σημείων ἐπιγίνηται, ἢ σώματος ἀρετὴ ὑποκέηται.

1. IN principiis febrium, ſive delirium acceſſerit, ſive alicujus membri ſyderatio, periturum hominem ſciendum eſt, ſi non omnino aut ex optimis ſignis aliquod acceſſerit, aut corporis vires adſint. Prædict. S. 23. L. 2.

2. Ὁκόσοισιν ἂν ἐν τοῖσι καύσοισι τρόμοι γίνωνται, παρακοπὴ λύει.

2. Quibuſcunque in febribus ardentibus tremores fiunt, delirium ſolvit. Aph. S. 6. No. 26. Judicat. S. 11. Co. S. 5. No. 185.

3. Ὅκοσοι δ' ἂν οὖρα λεπτὰ καὶ ὠμὰ οὐρέουσι πουλὺν χρόνον, ἢν τ' ἄλλα ὡς περιεσομένοισι σημεῖα ᾖ, τουτέοισιν ἀπόστασιν δεῖ προσδέχεσθαι ἐς τὰ κάτω τῶν φρενῶν χωρία.

3. Quicunque urinas tenues & crudas mingunt multo tempore, ſi alia velut ſuperſtitibus futuris ſigna fuerint, his abſceſſum expectare oportet ad loca infra ſeptum tranſverſum. Prænot. S. 11.

4. Ὁκόσοισιν ἐν πυρετοῖσιν ἀκρίτως τὰ τρομώδεα

4. Quibuſcunque in febribus tremores citra judi-

μώδεα παύεται, τουτέοισι χρόνῳ ἐς ἄρθρα ἀπόστασις ὀδυνώδης ἐκπυοῦσα καὶ κύστις ἐπώδυνος.

judicationem ceſſant, his temporis progreſſu abſceſſus dolorificus ſuppuratorius in articulos fit, & veſica dolorifica. Co. S. 1. No. 198.

5. Τὰ δὲ παροξυνόμενα ἐν ἀρτίῃ, κρίνεται ἐν ἀρτίῃσιν. Ὧν δὲ οἱ παροξυσμοὶ ἐν περισσῇσι, κρίνεται ἐν περισσῇσι.

5. Quæ verò paribus diebus exacerbantur, paribus judicantur. Quorum autem exacerbationes in imparibus fiunt, ea in imparibus judicantur. M. Pop. P. 672. No. 37.

6. Αἱ ἐς ἄκρητα τελευτῶσαι καθάρσιες, ἐν πᾶσι παροξυντικαί.

6. Meracæ deſinentes purgationes, omnibus quidem exacerbatoriæ ſunt. Prædict. S. 15. L. 1.

7. Οἱ λαβόντες ἐς τὴν αὔριον παροξυνθέντες, κακόν.

7. Qui acceſſione correpti, poſtero die exacerbantur, malum eſt. Co. S. 1. No. 112.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

2. Ἑρμοκράτην, ὃς κατέκειτο παρὰ τὸ καινὸν τεῖχος, πῦρ ἔλαβεν. Ἤρξατο δὲ ἀλγέειν κεφαλὴν, ὀσφύν· ὑποχονδρίου ἔντασις ὑπολάπαρος· γλῶσσα δὲ ἀρχομένῳ ἐπεκαύθη· κώφωσις αὐτίκα· ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν· διψώδης οὐ λίαν. Οὖρα παχέα, ἐρυθρὰ, κείμενα οὐ καθίσταντο· ἀπὸ δὲ κοιλίης οὐκ ὀλίγα ξυγκεκαυμένα διῄει. Πέμπτῃ, οὔρησε λεπτά· εἶχεν ἐναιώρημα· οὐχ ἵδρυτο· ἐς νύκτα παρέκρουσεν. Ἕκτῃ, ἰκτεριώδης·

ÆGER SECUNDUS.

2. HErmocrates qui ſecundùm novum murum decumbebat, igne, hoc eſt, vehementiſſimâ febre correptus eſt. Cœpit ex capite lumbiſque dolere, præcordia molliter contendebantur. Lingua verò per exordia deuſta fuit, confeſtimque ſurditas obnata eſt, ſomni non aderant, ſed nec admodum ſitibundus erat. Urinas craſſas, rubras, quæ in matellâ depoſitæ non ſubſidebant, reddidit. Ex alvo verò exuſta non pauca demiſſa ſunt. Quinto die, urinas minxit tenues, ſuſpenſum quid in medio habentes, neque ſubſidentes. Sub noctem deſipuit. Sexto, aurigine tentatus eſt, ingraveſcebant

περιώδης· πάντα παρωξύνθη· οὐ κατενόει. Ἑβδόμῃ, δυσφόρως· οὖρα λεπτά, ὅμοια· τὰς ἐπομένας παραπλησίως. Περὶ δὲ ἑνδεκάτην ἐοῦσι, πάντα ἔδοξε κουφισθῆναι· κῶμα ἤρξατο· οὖρα παχύτερα, ὑπέρυθρα, κάτω λεπτά, οὐ καθίστατο· ἡσυχῆ κατενόει. Τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, ἄπυρος· οὐχ ἵδρωσεν· ἐκοιμήθη· κατενόει πάντα· οὖρα παραπλήσια. Περὶ ἑπτακαιδεκάτην ἐοῦσι, ὑπέστρεψεν· ἐθερμάνθη· τὰς ἐπομένας, πυρετὸς ὀξύς· οὖρα λεπτά. Πάλιν δὲ εἰκοστῇ ἐκρίθη, ἄπυρος· οὐχ ἵδρωσεν. Ἀπόσιτος παρὰ πάντα τὸν χρόνον· κατενόει· διαλέγεσθαι οὐκ ἐδύνατο· γλῶσσα ἐπίξηρος· οὐκ ἐδίψα· κατεκοιμᾶτο μικρὰ κωματώδης. Περὶ δὲ εἰκοστὴν καὶ

veſcebant omnia, neque ſibi ſatis conſtabat. Septimo, moleſtè habuit, urinæ tenues, ſimiles erant, identidem ſubſequentibus diebus ſe geſſit. Ad undecimum autem diem allevari omnia viſa ſunt. Sopor cœpit, urinæ craſſiores, ſubrubræ, deorſum tenues erant, neque ſubſidebant. Pauliſper ad intelligentiam rediit. Decimo quarto, à febre immunis fuit, non ſudavit, dormivit, prorſus mente conſtabat, urinæ eædem. Ad decimum ſeptimum, revertit morbus, incaluit, deinceps febris erat acuta, urinæ tenues. Rurſus autem vigeſimo die judicatus eſt, à febre immunis fuit, neque ſudavit. Hoc toto tempore cibum averſabatur, mente conſtabat, loqui non valebat, lingua reſiccabatur, non ſitiebat, ſopore tentatus aliquantulùm dormivit. Circiter verò quartum &

καὶ τετάρτῃ, ἐπεθερμάνθη· κοιλίη ὑγρὴ, πολλοῖσι, λεπτοῖσι ῥέουσα· καὶ τὰς ἐπομένας, πυρετὸς ὀξύς· γλῶσσα ξυνεκαύθη. Ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ, ἀπέθανε. Τούτῳ κώφωσις διὰ τέλεος παρέμεινεν· οὖρα παχέα, καὶ ἐρυθρὰ, οὐ καθιστάμενα, ἢ λεπτὰ καὶ ἄχροα, καὶ ἐναιώρημα ἔχοντα· γεύεσθαι δὲ οὐκ ἠδύνατο.

& vigeſimum, denuo incaluit, alvus fluida, liquida, & tenuia multa demiſit, & proximis deinceps diebus febris acuta prehendit, lingua exuſta eſt. Septimo & vigeſimo obiit. Huic per totum morbum ſurditas permanſit, urinæ craſſæ & rubræ non ſubſidebant, aut tenues & decolores, & ſuſpenſum quid in medio innatans habebant. Cibum verò capere non valebat.

DEMONSTRATIO.

FEbris exquiſitiſſimè ardentis exemplum in Hermocrate proponitur, cujus motus tum exacerbatorii, tum judicatorii, diebus legitimis & imparibus in judicium capitis ægrotantem vocant; vitam, vel mortem alternatim meditantes. Poſt varias tandem colluctationes, fatiſcente demum naturâ, morbus immitis die à denunciato bello vigeſimo ſeptimo victoriam reportavit. Dolores capitis (1) & lumborum (2), lingua exuſta (3), vigiliæ (4), ſurditas (5), præſertim cum urinis non ſubſidentibus (6), & exuſtâ alvo, morbi malignitatem ſatis ſuperque illuſtrant. Omnia nempe hæc ſymptomata incendium intus delitescens detegunt, cerebroque non leve periculum imminere præſagiunt. Ergo die quinto deliravit, & ſexto intelligentiâ omnino privatur. Nihil autem ictero gravius infauſto hoc die accidit (7), tum quòd ſurditas cum urinis rubris non conſidentibus præceſſit, tum quòd hypochondrium dextrum intendebatur (8); aurigino ſa enim hæc ſuffuſio, etſi nulla prægreſſa fuiſſent mâla ſymptomata, morbum ſuſpectum reddidiſſet: Gravibus autem ſuperveniens malis malignitatem, priùs indicatam, magnoperè confirmat. Infauſtum dico diem ſextum, quoniam ſi icterus die ſexto vel citiùs ſine rigore invadat (9), perniciosus cenſetur; ſi verò rigores ſexto die contingunt, ægroti difficulter judicantur (10). Sed non ſolùm malè audit icterus hicce, quòd hepatis inflammationem ſequatur,

ſequatur, verùm etiam quòd inter judicatoria non judicantia nuncupandus ſit; ideòque vel mortem, vel ſummum periculum ſignificat (11): Idque maximè, quod humoris peccantis tantam vel quantitatem, vel malignitatem ſupponit, ut multùm metuendum ſit, ne vires corporis oneri excutiendo pares non ſint.

Ex ſequentibus jam, utrum mors, vel difficile continget judicium, decernendum eſt. Si mala poſt judicatorium non judicans miteſcunt, vel ſaltem non augentur, ſubjugari poſſe morbum ſpes aliqua reſtat. Sin autem ſymptomata ingraveſcunt, graviùs quid non abs re metuendum. In hoc ægro omnia ingraveſcebant, & præcipuè delirium, quo nullus ictero magis inviſus hoſpes (12). Hinc enim ceſſante delirio ἄφωνον futurum ægrotum Cous prædixit. Δυσφορίη, i e. corporis inquietudo, docet naturam adhuc cum morbo luctari, &, ſi qua patet via, criſin moliri: Sed cùm nihil profecerit (13), novum imbecillitatis indicium exhibetur. Die undecimo levamen breve quidem ægrotanti, nullum verò medenti (nec coctionis quippe, nec criſeos ſignis apparentibus) ſolamen affert. E contrà, pernicioſa multa undique inſtabant; prædicto ergo levamini non ſolùm non fidendum (14), ſed & omnis recuperandæ ſanitatis ſpes penitus abjicienda eſt (15). Miſerrima licèt ſit hæc febricitantis conditio, mutationes tamen in urinis protrahendam eſſe aliquantiſper vitam pollicentes (16), ſolatiolum quoddam præbent; dantur enim induciæ, quo natura vires ſuas contra hoſtem poſtea experiatur. Nec ignavè ſe geſſit moriturus, decimo

quarto nempe febrem repreſſit, dormivit, & ad ſe rediit; ſed cum nec ſudavit, nec coctione adjutabatur, febris die ſeptimo revertit, quam ægrotus renovatis viribus paululùm repulit, vocis tamen defectio (17) cum ſopore (18) & inappetentiâ (19) (quæ toto fermè morbi decurſu durarunt) effætas penitus vires teſtatur, & ægrotum in deditionem redigit.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Κεφαλαλγίη ἐν ὀξεῖ, ὑποχόνδριον ἀνεσπασμένον, μὴ ῥυέντος αἵματος ἐκ ῥινέων, ἐς φρενιτικὸν περιΐσταται.

1. Capitis dolor in morbo acuto, præcordium revulſum, non profluente è naribus ſanguine, ad phrenitidem devenit. Co. S. 1. No. 170.

2. Αἱ ἐκ νώτου ἀλγήματος ἀῤῥωστίης ἀρχαὶ, δύσκολοι.

2. Ex dorſi dolore ægritudinis principia, difficilia ſunt. Co. S. 3. No. 6.

3. Αἱ δασεῖαι κατάξηροι, φρενιτικαί.

3. Aſperæ (linguæ) reſiccatæ, phreniticæ ſunt. Co. S. 2. No. 150.

4. Κάκιστον δὲ μὴ κοιμᾶσθαι, μήτε τῆς ἡμέρης, μήτε τῆς νυκτός. Ἢ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης τε καὶ πόνων ἀγρυπνίη, ἢ παραφροσύνη ἔσται ἀπὸ τουτέου τοῦ σημείου.

4. Peſſimum autem eſt non dormire, neque die, nec nocte. Aut enim præ dolore ac afflictionibus vigiliæ adſunt, aut delirium aderit ab hoc ſigno. Prænot. S. 9.

5. Ὅσοι-

5. Qui-

5. Ὅσοισιν ἂν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφωθῇ, τουτέοισι, μὴ λυθέντος τοῦ πυρετοῦ, μανῆναι ἀνάγκη.

6. Κώφωσις, καὶ οὖρα ακατάστατα, ἐξέρυθρα, ἐναιωρεύμενα, παρακρουστικόν. Τοῖσι τουτέοισι ἰκτερῶδες, κακόν.

7. Ἴκτερος πρὸ τῆς ἑβδόμης ἡμέρης ἐπιγενόμενος, κακόν. Ἑβδόμη δὲ, καὶ ἐνδεκάτη, καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτη κρίσιμον, μὴ σκληρύνων ὑποχόνδρια.

8. Vid. No. 7.

9. Ἐν πυρετῷ χολώδει πρὸ τῆς ἑβδόμης μετὰ ῥίγεος ἴκτερος ἐπιγενόμενος, λύει τὸν πυρετόν. Ἄνευ δὲ ῥίγεος ἢν ἐπιγένηται ἔξω τῶν καιρῶν, ὀλέθριον.

10. Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἑκταίοισιν ἐοῦσι ῥίγεα γίνεται, δύσκριτα.

11. Τὰ

5. Quibuſcunque in febribus aures obſurduerint, non ſoluta febre, inſanire neceſſe eſt. Judicat. S. 11.

6. Surditas, & urinæ non conſidentes, valde rubræ, innatantes, mentis emotionem portendunt. His morbo regio corripi, malum eſt. Prædict. S. 4. L. 1.

7. Morbus regius ante ſeptimum diem accedens, malum. Septimo verò, ac nono, & undecimo, & decimo quarto judicatorius eſt, ſi non præcordia induret. Co. S. 1. No. 172.

8. Vid. No. 7.

9. In febre bilioſa ante ſeptimum diem ſi accedat morbus regius cum rigore, ſolvit febrem. Verùm ſine rigore ſi accedat extra temporis occaſiones, pernicioſus eſt. Vict. Acut. P. 313.

10. Quibus in febribus rigores ſexto die fiunt, difficulter judicantur. Aph. S. 4. No. 29.

11. Ju-

11. Τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα, τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα.

11. Judicatoria non judicantia, partim lethalia, partim difficilis judicii. M. Pop. P. 686. No. 34.

12. Κακὸν δὲ καὶ ἐπὶ ἰκτέρῳ μώρωσις, τούτους ἀφώνους αἰσθανομένους ξυμβαίνει πνίγεσθαι. Τάχα δὲ καὶ κοιλίη πονηρεύεται τούτοισι.

12. Mala eſt ex ictero fatuitas, hos voce privari & ſentientes ſuffocari contingit. Fortaſſis etiam & alvus his malè afficitur. Co. S. 2. No. 75. 76. 77.

13. Οἱ ἀσώδεες ἀνεμέτως παρεξυνόμενοι, κακόν.

13. Qui anxiè ſe jactantes ſine vomitu ingraveſcunt, malè habent. Co. S. 4. No. 9.

14. Τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν οὐ δεῖ πιστεύειν, οὐδὲ φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παραλόγως. Τὰ γὰρ πολλὰ τῶν τοιουτέων ἐστὶν ἀβέβαια, καὶ οὐ πάνυ τοι διαμένειν, οὐδὲ χρονίζειν εἴωθε.

14. Quæ non ſecundum rationem levant credere non oportet, neque timere valde quæ præter rationem fiunt prava. Multa enim horum ſunt inconſtantia, nec admodum permanere, nec durare ſolent. Aph. S. 2. No. 27.

15. Τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥαστωνήσαντα, θάνατον σημαίνει.

15. Pernicioſa ſine ſignis levantia, mortem indicant. Prædict. S. 6. L. 1.

16. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐὰν μεταβολὰς ἔχῃ τὸ οὖρον, χρόνιον

16. In febribus ſi mutationes habeat urina, diuturnitatem ſignificat,

νον τε σημαίνει, καὶ ἀνάγκη τῷ ἀσθενέοντι μεταβάλλειν καὶ ἐπὶ τὰ χείρω, καὶ ἐπὶ θάτερα. Ἢν ἀρχόμενα οὖρα μὴ ὅμοια ᾖ, ἀλλὰ γένηται παχέα ἐκ λεπτῶν, καὶ παντελῶς λεπτὰ, δύσκριτα καὶ ἀβέβαια τὰ τοιαῦτα.

nificat, & neceſſe eſt ægrotum mutari ad deteriora, & ad alteram partem. Si urinæ ab initio non ſimiles fuerint, ſed ex tenuibus craſſæ fiant, & penitus tenues, tales ægrè judicant & inconſtantes ſunt. Judicat. S. 7. No. 7.

17. Οἷσι φωναὶ ἅμα πυρετοῖσι ἐκλείπουσαι μετὰ κρίσιν, τρομώδεες καὶ κωματώδεες τελευτῶσι.

17. Quibus voces cum febribus deficientes poſt judicationem, hi trementes & ſoporoſi moriuntur. Prædict. S. 12.

18. Αἱ μετ' ἐκλύσιος κατόχως ἀφωνίαι, ὀλέθριαι.

18. Vocis defectiones cum exolutione alto ſopore detinente, pernicioſæ. Prædict. S. 12.

19. Ἐν πάσῃ νούσῳ τὸ ἐρρῶσθαι τὴν διάνοιαν, καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν. Τὸ δ' ἐναντίον, κακόν.

19. In omni morbo mente valere, & bene ſe habere ad ea quæ offeruntur, bonum eſt. Contrarium verò, malum. Aph. S. 2. No. 23.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

3. Ὁ Κατακείμενος ἐν τῷ Δεάλκους κήπῳ, κεφαλῆς βάρος, καὶ κρόταφον δεξιὸν ἐπωδύνως εἶχε χρόνον πουλύν· μετὰ δὲ προφάσιος, πῦρ ἔλαβε· κατεκλίθη. Δευτέρῃ, ἐξ ἀριστεροῦ ὀλίγον ἄκρητον ἐῤῥύη αἷμα· ἀπὸ δὲ κοιλίης κόπρανα καλῶς διῆλθεν· οὖρα λεπτὰ, ποικίλα, ἐναιωρήματα ἔχοντα σμικρὰ, οἷον κρίμνα, γονοειδέα. Τρίτῃ, πυρετὸς ὀξύς· διαχωρήματα μέλανα, λεπτὰ, ἔπαφρα· ὑπόστασις πελιδνὴ διαχωρήμασιν· ὑπεκαροῦτο· ἐδυσφόρει

περὶ

ÆGER TERTIUS.

3. QUidam in Dealcis hortis decumbens, ex longo intervallo capitis gravitate & temporis dextri dolore conflictatus, ex levi verò occaſione, igne, hoc eſt, vehementi febre, correptus decubuit. Poſtridie ex ſiniſtrâ nare paucus ſincerus ſanguis effluxit. Alvus autem ſtercora probè demiſit. Urinæ tenues, in quibus varia inerant ſuſpenſa quædam in medio innatantia, hordei toſti non exactè moliti craſſioribus fruſtulis ferè ſimilia, genitaleque ſemen referentia. Tertio die, febris acuta prehendit, dejectiones nigræ, tenues, ſpumantes proceſſere, & quæ in iis ſeceſſibus ſubſidebant, livida erant, ſopore aliquantulùm premebatur; cùm deſurgeret, moleſtè habebat.

περὶ τὰς ἀναστάσιας· οὔροις ὑπόστασις πελιδνὴ, ὑπόγλισχρος. Τετάρτη, ἤμεσε χολώδεα, ξανθὰ, ὀλίγα· διαλιπὼν ὀλίγον, ἰώδεα. Ἐξ ἀριστεροῦ ὀλίγον ἄκρητον ἐῤῥύη· διαχωρήματα ὅμοια, οὖρα ὅμοια· ἐφίδρωσε περὶ κεφαλὴν, καὶ κληῖδα· σπλὴν ἐπήρθη· μηροῦ ὀδύνη κατ' ἴξιν· ὑποχονδρίου δεξιοῦ ξύντασις ὑπολάπαρος· νυκτὸς οὐκ ἐκοιμήθη, παρέκρουσε σμικρά. Πέμπτη, διαχωρήματα πλείω, μέλανα, ἔπαφρα· ὑπόστασις μέλαινα διαχωρήμασι· νύκτα οὐχ ὕπνωσε, παρέκρουσεν. Ἕκτη, διαχωρήματα μέλανα, λιπαρὰ, γλίσχρα, δυσώδεα· ὕπνωσε· κατενόει μᾶλλον. Ἑβδόμη, γλῶσσα ἐπίξηρος· διψώδης·

bat. Quæ in urinis ſubſidebant livida & aliquantiſper glutinoſa erant. Quarto, bilioſa, flava, pauca, vomitione rejecit, paulùmque intermittens, virulenta. Ex nare ſiniſtrâ paucus ſincerus ſanguis defluxit, dejectiones eædem urinæque erant, paucus tenuiſque ſudor circa caput & jugulum obortus eſt, lien ſublatus intumuit, femur è directo reſpondens dolor prehendit. Præcordiorum dextrorum contenſio ſubmollis fuit, nocte non dormivit, aliquantulùm deliravit. Quinto, dejectiones fuere copioſores, nigræ, ſpumantes, in quibus ſubſidebant nigra, nocte nihil dormivit, deſipuit. Sexto, dejectiones nigræ, pingues, glutinoſæ, fœtidæ erant, dormivit, meliúſque mente conſtabat. Septimo, lingua valde reſiccata, ſitibundus erat, non dormivit, delira-

vit,

δης· οὐκ ἐκοιμήθη· παρέκρουσεν· οὖρα λεπτὰ, οὐκ εὔχροα. Ὀγδόῃ, διαχωρήματα μέλανα, ὀλίγα, Συνεστηκότα· ὕπνωσε· κατενόει· διψώδης οὐ λίην. Ἐνάτῃ, ἐπεῤῥίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· ἵδρωσε· ψῦξις· παρέκρουσε· δεξιῷ ἴλλαινε· γλῶσσα ἐπίξηρος· διψώδης, ἄγρυπνος. Δεκάτῃ, περὶ τὰ αὐτά. Ἑνδεκάτῃ, κατενόει δι' ὅλου πάντα· ἄπυρος· ἵδρωσεν· οὖρα λεπτὰ, περὶ κρίσιν. Δύο διέλιπεν, ἄπυρος· ὑπέστρεψε τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. Αὐτίκα δὲ νύκτα οὐκ ἐκοιμήθη, πάντα παρέκρουσε. Πεντεκαιδεκάτῃ, οὖρον θολερὸν, οἷον ἐκ τῶν καθεστηκότων γίνεται, ὅταν ἀναταραχθῇ· πυρετὸς ὀξύς· πάντα παρέκρουσεν· οὐκ ἐκοιμήθη· γούνατα καὶ κνήμας ἐπώδυνα

vit, urinas tenues neque probè coloratas reddidit. Octavo, alvi recrementa nigra, pauca, coacta ; quievit, ad ſeſe rediit, neque valde ſiticuloſus fuit. Nono, oborto rigore febris acuta invaſit, inſudavit, perfrixit, deliravit, dexter oculus perverſus eſt, lingua reſiccata, ſiticuloſus erat & inſomnis. Decimo, in iiſdem verſabatur. Undecimo, prorſus per omnia mente conſtabat, febre liber, inſudavit, urinæ tenues ad judicationem viſæ ſunt. Duos dies à febre integer remanſit, quæ decimo quarto repetiit, mox verò nocte non quievit, omnino deſipuit. Decimo quinto, urinam turbidam reddidit, cujuſmodi fit ex his quæ ubi ſubſederunt, commoventur, febris acuta prehendit, penitus deſipuit, non quievit, genua

ἐπώδυνα εἶχεν· ἀπὸ δὲ κοιλίης βάλανον προσθεμένῳ, μέλανα κόπρανα διῆλθεν. Ἑξκαιδεκάτῃ, οὖρα λεπτὰ, εἶχε δὲ ἐναιώρημα ἐπινέφελον· παρέκρουσεν. Ἑπτακαιδεκάτῃ, πρωῒ ἄκρεα ψυχρά· περιεστέλλετο· πυρετὸς ὀξύς· ἵδρωσε δι' ὅλου· ἐκουφίσθη. Κατενόει μᾶλλον· οὐκ ἄπυρος· διψώδης· ἤμεσε χολώδεα, ξανθὰ, ὀλίγα. Ἀπὸ δὲ κοιλίης κόπρανα διῆλθε, μετ' ὀλίγον δὲ μέλανα, ὀλίγα, λεπτά· οὖρα λεπτὰ, οὐκ εὔχροα. Ὀκτωκαιδεκάτῃ, οὐ κατενόει· κωματώδης. Ἐννεακαιδεκάτῃ, διὰ τῶν αὐτῶν· οὖρα λεπτά. Εἰκοστῇ, ὕπνωσε· κατενόει πάντα· ἵδρωσεν

nua & tibias dolor occupavit. Ab alvo autem ex glande ſuppoſitâ, ſtercora nigra exierunt. Decimo ſexto, urinæ tenues ſunt redditæ, quæ ſuſpenſum quiddam in medio innatans nubiloſum habebant, deliravit. Decimo ſeptimo, manè extrema frigeſcebant, tegumentis convolutus eſt, graviter febricitavit, ſudore per totum corpus dimanante allevatus eſt, paulò plus intelligebat, neque febre liber, ſitibundus erat. Vomitione refuſa ſunt bilioſa, flava, pauca. Ex alvo verò ſtercora prodierunt, ac mox paulò nigra, pauca, tenuia. Urinæ tenues, neque laudabilis erant coloris. Decimo octavo, ſopore detentus eſt, neque ad intelligentiam redierat. Decimo nono, eadem perſeveraverunt, urinæ tenues erant. Vigeſimo, dormivit, in totum mente conſtabat, ſudore correptus à febre immunis fuit, nec ſiti-

σεν ἄπυρος· οὐκ ἐδίψα· οὖρα δὲ λεπτά. Εἰκοστῇ πρώτῃ, σμικρὰ παρέκρουσεν· ὑπεδίψα· ὑποχονδρίου πόνος, καὶ περὶ ὀμφαλὸν παλμὸς διὰ τέλεος. Εἰκοστῇ τετάρτῃ, οὔροισιν ὑπόστασις· κατενόει πάντα. Εἰκοστῇ ἑβδόμῃ, ἰσχίου δεξιοῦ ὀδύνη· οὖρα λεπτά, καὶ εἶχον ὑπόστασιν· τὰ δ' ἄλλα εἶχεν ἐπιεικέστατα. Περὶ δὲ εἰκοστὴν ἐνάτην, ὀφθαλμοῦ δεξιοῦ ὀδύνη· οὖρα λεπτά. Τεσσαρακοστῇ, διεχώρησε φλεγματώδεα, λευκά, ὑπόσυχνα· ἵδρωσε πολλῷ δι' ὅλου· τελέως ἐκρίθη.

vit. Urinæ verò tenues erant. Altero & viceſimo, paululùm deſipuit, nonnihil ſitivit, præcordiorum dolor & continens ad umbilicum palpitatio occupavit. Quarto & vigeſimo, in urinis ſubſidentia inerant, penitus mente conſtabat. Vigeſimo ſeptimo, coxendicis dextri dolor cepit, urinas tenues reddidit in quibus ſubſidentia inerant, de reliquo verò placidiſſimè habuit. Ad vigeſimum nonum, oculus dexter doluit, urinæ tenues redditæ ſunt. Quadrageſimo, pituitoſa, alba, copioſa, alvus dejecit, ſudore multo ex toto corpore diffluente, perfectâ judicatione eſt abſolutus.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

FEbrem hanc capitis vitio ortum ſuum debere, ejuſdem gravitas & temporis dextri dolor, ex longo intervallo affligentes, demonſtrant. In hanc ergo partem univerſas morbi vires dirigendas eſſe (1), & in hâc arenâ potiſſimùm decertandum eſſe, par eſt ut expectemus. Si ocius natura ſuperior evaſerit, ſanguinis vel puris eruptio ſperanda eſt (2): Sin autem non niſi poſt viginti dies, tum mediante ſanguinis eruptione, vel abſceſſu ad infernas partes, morbus profligandus eſt. Cui autem decernendus ſit triumphus, diligens prælii obſervatio docebit. Ἐναιωρήματα οἷον κρίμνα diutinum fore certamen prædicant (3). Et die quarto, ſanguinis fluxio non judicans idem reſonat (4); præſertim cùm ex nare ſiniſtrâ eruperit (5), morbo dextram capitis partem occupante. Sed morbi diuturnitas non hinc ſolum innoteſcit, verùm inde etiam quod nulla magna ſymptomata huc uſque invaſerunt, quæ mortem vel ſanitatem ægroto intentarent. Prolixior cum futura ſit morbi conditio, dierum ſubſequentium inviſa phænomena, viz. dejectiones nigræ vel ſpumoſæ, medicum Hippocraticum non multum perterrefacient, quoniam à capite (6), ubi morbus ſedem elegerat, defluebant. Talia excreta, inſtar abſceſſuum, juvant, quod humores noxii à morbi ſede procul extruduntur (7); & ſive abſceſſus, ſive aliter audiunt, conſpicuæ ſaltem utilitatis fuerunt. Hinc enim ſomnus die ſexto (8), & poſt ſomnum delirii mitigatio conciliantur (9).

Sed

Sed revera excreta hæc abſceſſus legitimi ſunt, & pro talibus ab ipſo Hippocrate recognita (10); ideòque ſpem, potiùs quàm metum, excitant.

Cùm doctrina Hippocratica de abſceſſibus febri, quæ nunc agitur, tam accuratè quadret; non poſſum non demirari Galenum, aliosque ferè omnes commentatores, qui excreta hæc mala vocant, attamen uno eodemque momento (neſcio quâ caligine obducti) tumorem ſplenis cum dolore femoris magnæ ſpei ſymptomata proclamant. Quaſi hæc per alvum & veſicam egeſta non peræque eſſent abſceſſus, & ut tales ab Hippocrate, ipſoque Galeno recepta. An non (quæſo) magis optandum eſſet, ut humores hi maligni penitus è corpore eliminarentur, quàm ut ſpleni vel femori decumberent, unde forſan rurſus in venas & arterias, in perniciem ægroti, impellerentur? Si nihil aliud volunt interpretes, cum ſymptoma hoc infamant, quàm morbi magni & difficilis ſignum eſſe, nihil obtrecto; ſed ſi morbum hinc in pejus ire putant, planè repugno. Talia enim excreta vis morbi neceſſariò poſtulavit. Sed ad rem, magna jam oneris parte levata, natura die nono criſin aggreditur; ſed mordicus adeò renitebatur morbus, ut ante diem undecimum nil magni præſtiterit. At ne nunc quidem ſtabilem vel diuturnum fore naturæ principatum, urina ante & circa judicium tenuis portendit; ideòque reſuſcitatis, quæ intus latitabant, copiis (11), febris die decimo quarto novas turbas excitat, quas dies decimus ſeptimus aliquantiſper ſedavit, & vigeſimus, penitùs ferè diſſipavit.

Ægrotus

Ægrotus autem integram victoriam non conſequitur, quod coctrices copiæ ad prælium non acceſſere, idcircò lentè, nec ante quadrageſimum diem, pertinax & improbus hoſtis receſſit, abſceſſu (12) prius in coxendice dextrâ facto quod à vigeſimo morbi die præſagiendum erat (13).

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Ἀτὰρ ἢν δὲ καὶ προπεπονηκός τι ᾖ πρὸ τοῦ νοσέειν, ἐνταῦθα στηρίζει ἡ νοῦσος.

2. Κεφαλῆς δ' ὀδύναι ἰσχυραί τε καὶ συνεχέες ξὺν πυρετῷ, ἢν μέν τι τῶν θανατωδέων σημείων προσγίνοιτο, ὀλέθριον κάρτα. Εἰ δ' ἄτερ τῶν τοιούτων σημείων ἡ ὀδύνη ὑπερβάλλοι εἴκοσιν ἡμέρας, ὅ τε πυρετὸς ἔχοι, ὑποσκέπτεσθαι χρὴ αἵματος ῥῆξιν διὰ ῥινῶν, ἢ ἄλλην τινὰ ἀπό-

1. SED & ſi quid doluerit ante morbum, ibi ſe morbus figit. Aph. S. 4. No. 33.

2. Capitis dolores fortes & continui, cum febre, ſi quid lethalium ſignorum acceſſerit, pernicioſi valde. Si verò abſque talibus ſignis dolor viginti dies tranſmiſerit, & febris tenuerit, ſanguinis è naribus eruptionem, aut alium abſceſſum quendam ad infernas partes

ἀπόστασιν ἐς τὰ κάτω χωρία. Ἐς τ᾽ ἂν δὲ ἡ ὀδύνη ἦ νέαρα, προσδέχεσθαι χρὴ αἵματος ῥῆξιν διὰ ῥινῶν, ἢ ἐμπύησιν, ἄλλως τὲ καὶ ἢν ἡ ὀδύνη περὶ τοὺς κροτάφους τὲ καὶ τὸ μέτωπον ἦ. Μᾶλλον δὲ χρὴ προσδέχεσθαι τοῦ μὲν αἵματος ῥῆξιν τοῖσι νεωτέροισι πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων, τοῖσι δὲ γεραιτέροισι τὴν ἐμπύησιν.

partes expectare oportet. Sed & quam diu dolor recens fuerit, ſimiliter ſanguinis è naribus eruptionem, aut puris eruptionem ſperare convenit. Cùm aliàs, tum ſi dolor circa tempora & frontem fuerit. Verùm ſanguinis eruptio magis expectanda eſt triginta quinque annis junioribus, ſenioribus verò puris eruptio. Prænot. S. 22.

3. Ὁκόσοισι πυρέσσουσιν ἐν τοῖσιν οὔροισι κριμνώδεες αἱ ὑποστάσιες γίγνονται, μακρὴν τὴν ἀῤῥωστίην σημαίνουσι.

3. Quibus febricitantibus in urinis ſubſidentiæ ſunt craſſiori farinæ ſimiles, longam infirmitatem ſignificant. Aph. S. 7. No. 31.

4. Ἢν ἀπὸ τῆς τετράδος αἵματος ῥύσις γένηται, χρόνια σημαίνει.

4. Si à quarto die ſanguinis fluxus fiat, diuturnitatem indicat. Co. S. 3. No. 433.

Αἱ τεταρταῖαι αἱμοῤῥαγίαι, δύσκριτοι.

Quarto die contingentes ſanguinis eruptiones, ægrè judicant. M. Pop. L. 2. P. 700. No. 81.

5. Τὰ ἀνάπαλιν αἱμοῤῥαγέοντα, κακὸν, οἷον ἐπὶ

5. Sanguinis eruptiones ex adverſâ parte malæ,

ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ δεξιοῦ ῥύεντα, καὶ τὰ καθ' ὑποχόνδριον ὡσαύτως.

malæ, velut in ſplene magno ſi ex dextrâ nare fluat; & circa præcordia eodem modo ſe res habet. Prædict. S. 18. L. 1.

6. Ὁκόσοισι ἀφρώδεα τὰ διαχωρήματα ἐν τῇσι διαῤῥοίῃσι, τουτέοισι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς φλέγμα καταῤῥέει.

6. Quibus ſpumoſæ egeſtiones in alvi profluviis, his de capite pituita defluit. Aph. S. 7. No. 30.

7. Ἀποστάσιες ἢ διὰ φλεβῶν, ἢ δι' ὀστέων, ἢ νεύρων, ἢ δέρματος, ἢ ἐκ τροπέων ἑτέρων. Χρησταὶ δὲ αἱ κάτω τῆς νούσου, οἷον κιρσοὶ, ὀσφύος βάρεα ἐκ τῶν ἄνω.

7. Abſceſſus fiunt aut per venas, aut oſſa, nervos, cutem, aut alia hujuſmodi diverticula. Boni autem ſunt qui infra morbum fiunt, velut varices, & lumborum gravitates, ſi ex ſuperioribus partibus ad infernas fiunt. M. Pop. P. 687. No. 45.

8. Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρουσι. Ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον.

8. In alvi perturbationibus, & vomitibus ſponte evenientibus, ſiquidem, qualia purgari oportet, purgentur, confert & facile ferunt. Sin minus, contra. Aph. S. 1. No. 2.

9. Ὅκου παραφροσύνην ὕπνος παύῃ, ἀγαθόν.

9. Ubi ſomnus delirium ſolvit, bonum. Aph. S. 2. No. 2.

10. Ἀποστάσιες ἢ διὰ φλεβῶν, ἢ διὰ κοιλίης.

10. Abſceſſus fiunt aut per venas, aut per alvum. M. Pop. P. 687. No. 52.

11. Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῆσι νούσοισι μέτα κρίσιν, ὑποστροφὰς ποιέειν εἴωθεν.

11. Quæ in morbis poſt criſin intus relinquuntur, recidivas facere ſolent. Aph. S. 2. No. 12.

12. Ὁκόσοισι δ' ἀνασταμένοισιν ἐκ τῶν νούσων τὶ πονέει, ἐνταῦθα αἱ ἀποστάσιες γίνονται.

12. Quibus ex morbo reſurgentibus aliquid dolet, ibi abſceſſus fiunt. Aph. S. 4. No. 32.

13. Vid. No. 2.

13. Vid. No. 2.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

*4. ΕΝ Θάσῳ, Φιλίστης κεφαλὴν ἐπόνεε χρόνον πουλύν· καίποτε καὶ ὑποκαρωθεὶς, κατεκλίθη. Ἐκ δὲ πότων πυρετῶν ξυνεχέων γενομένων, ὁ πόνος παρωξύνθη· νυκτὸς ἐπεθερμάνθη τὸ πρῶτον. Τῇ πρώτῃ, ἤμεσε χολώδεα, ὀλίγα, ξανθὰ τὸ πρῶτον· μετὰ δὲ ταῦτα, ἰώδεα πλείω· ἀπὸ δὲ κοιλίης κόπρανα διῆλθε· νύκτα δυσφόρως. Δευτέρῃ, κώφωσις· πυρετὸς

ÆGER QUARTUS.

4. PHiliſtes in Thaſo ex longo intervallo capite dolebat, tandemque etiam altiſſimo ſopore aliquantulùm correptus decubuit. Obortis autem ex comeſſationibus febribus aſſiduis ingraveſcebat dolor, nocte primùm incaluit. Primo die, biliosa, pauca, vomitione refudit, flava primùm, deinde verò æruginoſa plurima. Ab alvo autem ſtercora exierunt, nox implacida fuit. Poſtridie, ſurditas obvenit,

* Inter ægrotum *tertium* & *quartum* libri omnes interpoſitum habent, Τμῆμα Δεύτερον· cui nullum hîc eſſe locum nemo non videt.

πυρετὸς ὀξύς· ὑποχόνδριον δεξιὸν συνετάθη· ἔρρεπεν ἐς τὰ ἔσω· οὖρα λεπτά, διαφανέα, εἶχεν ἐναιώρημα γονοειδές, σμικρόν· ἐξεμάνη, περὶ μέσον ἡμέρης. Τρίτη, δυσφόρως. Τετάρτη, σπασμοί· παρωξύνθη πάντα. Πέμπτη, πρωῒ ἀπέθανεν.

nit, febris acuta cum præcordiorum dextrorum contenſione, quæ intro vergebant. Urinas tenues & perſpicuas reddidit, in quibus ſuſpenſum quiddam in medio innatans paucum, ſemini genitali ſimile inerat. Circa meridiem vehementer inſanivit. Die tertio, permoleſtè habuit. Quarto, convulſionibus exagitatus eſt, exaſperata ſunt omnia. Quinto, ſub tempus matutinum defunctus eſt.

DEMONSTRATIO.

En alterum graviſſimæ febris ſpecimen, à capitis dolore diuturno oriundæ! Infauſtum hoc, præcedens autem feliciter ceſſit. Nec immeritò quidem utriuſque abſimile fatum, plurimum quippe morbi inter ſe diſſentiebant. Hic ex compotationibus, ille ex levi cauſâ ægrotavit; hic primo ſtatim die, ille non ante tertium veternoſus evaſit; huic mali vomitus primo die, alteri non ante quartum; Philiſtes die ſecundo inſanivit, alteri ad quartum uſque diem mens illæſa; & ne tum quidem, niſi paululùm, deliravit. In priori ægroto, multa diuturnitatem, multa ſanitatem promiſerunt; in Philiſte, omnia celeritatem & perniciem. Vomitus judicatorius nimis citò apparuit (1), virulentus autem vomitus cum nocte moleſtâ & ſurditate, non modo ſymptomaticè malus (2), ſed & inſaniam præ ſe ferebat (3); quòd ex urinâ pellucida, tenui, conjectandum quoque fuit (4). Ex diei tertii δυσφορίῃ morbi malignitas ulteriùs indicatur (5). Hiſce omnibus ſi convulſiones, quæ quarto die contigerant, ſuperaddantur, diem ſeptimum non ſuperaturum ægrotum nemini non palam fit; præſertim cum hæc mala capitis dolori forti adjuncta fuerint (6).

ΠΡΟΓ-

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΚΑΙ γὰρ τῶν παρὰ χρῆμα ἀπολλυμένων ταχύτεραι αἱ κρίσιες, ὅτι ταχέες οἱ πόνοι, καὶ ξυνεχέες, καὶ ἰσχυροί. Τὰ δὲ κρίνοντα ἐπὶ τὸ βέλτιον, μὴ αὐτίκα ἐπιφαίνεσθω.

1. NAM & eorum qui ſtatim intereunt velociores ſunt judicationes, quoniam & celeres ſunt dolores, & continui, & fortes. Quæ verò ad meliùs judicant, non ſtatim apparere debent. M. Pop. P. 686. No. 35.

2. Εἰ δὲ εἴη τὸ ἐμεόμενον πρασοειδὲς, ἢ πέλιον, ἢ μέλαν, ὅτι ἂν ᾖ τουτέων τῶν χρωμάτων, νομίζειν χρὴ πονηρὸν εἶναι.

2. Si verò id quod vomitu rejectum eſt, praſini fuerit coloris, aut lividum, aut nigrum, quicunque horum fuerit colorum, malum eſſe putandum eſt. Prænot. S. 12.

3. Τὰ ἐν κεφαλαλγίῃσιν ἰώδεα ἐμέσματα μετὰ κωφώσιος ἀγρυπνώδεα, ταχὺ ἐκμαίνει.

3. In capitis doloribus vomitus æruginoſi cum ſurditate & vigiliis, citò inſaniam affore denunciant. Præd. S. 2. L. 1.

4. Ὁκόσοισιν οὖρα διαφανέα λευκὰ, πονηρά. Μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι

4. Quibus urinæ pellucidæ albæ, malæ. Maximè autem in phre-

τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐπιφαίνεται.

phreniticis obſervantur. Aph. S. 4. No. 72.

5. Οἱ ἀσώδεες ἀνεμέτως παροξυνόμενοι, κακόν.

5. Qui anxiè ſe jactantes ſine vomitu ingraveſcunt, malè habent. Co. S. 4. No. 9.

6. Κεφαλῆς δ' ὀδύναι ἰσχυραί τε, καὶ συνεχέες σὺν πυρετῷ, ἢν μέν τι τῶν θανατωδέων προσγίνοιτο, ὀλέθριον κάρτα.

6. Capitis dolores fortes & continui in febre, ſi quid lethalium ſignorum acceſſerit, pernicioſum valde. Prænot. S. 22.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

5. Χαιρίωνα, ὃς κατέκειτο παρὰ Δημαινέτῳ, ἐκ πότου πῦρ ἔλαβεν· αὐτίκα δὲ κεφαλῆς βάρος ἐπώδυνον· οὐκ ἐκοιμᾶτο· κοιλίη ταραχώδης, λεπτοῖσιν, ὑποχολώδεσι. Τρίτη, πυρετὸς ὀξύς· κεφαλῆς τρόμος, μάλιστα δὲ χείλεος τοῦ κάτω· μετ' ὀλίγον δὲ, ῥῖγος, σπασμοί· πάντα παρέκρουσε· νύκτα δυσφόρως. Τετάρτη, δι' ἡσυχίης· μικρὰ ἐκοιμήθη· παρέλεγη. Πέμπτη, ἐπιπόνως· πάντα παρωξύνθη· λῆρος· νύκτα δυσφόρως· οὐκ ἐκοιμήθη. Ἕκτη, διὰ τῶν

αὐτῶν.

ÆGER QUINTUS.

5. CHærion, qui apud Demænetum decumbebat, ex potu, igne, hoc eſt, febre vehementiſſimâ correptus eſt, ſtatimque capitis gravitas cum dolore occupavit, non dormivit, alvus perturbata ſeceſſus tenues & aliquantulùm bilioſos demiſit. Tertio die, febris acuta invaſit & capitis tremor, præcipuè verò labri inferioris, paulóque pòſt rigor, convulſiones, omnino deſipuit, nox moleſta fuit. Quarto, quievit, pauliſper dormivit, deliravit, quinto, laborioſè habuit, exaſperata ſunt omnia, delirium, nox moleſta, non dormivit.

Sexto,

αὐτῶν. Εβδόμῃ, ἐπερρίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· ἵδρωσε δι' ὅλου· ἐκρίθη. Τούτῳ διὰ τέλεος ἀπὸ κοιλίης διαχωρήματα, χολώδεα, ὀλίγα, ἄκρητα· οὖρα λεπτὰ, εὔχροα, ἐναιώρημα ἐπινέφελον ἔχοντα. Περὶ ὀγδόην, οὔρησεν εὐχροώτερα, ἔχοντα ὑπόστασιν λευκὴν, ὀλίγην· κατενόει. ἀπύρετος, διέλιπεν. Ενάτῃ, ὑπέστρεψε. Περὶ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην, πυρετὸς ὀξύς· ἵδρωσεν. Εξκαιδεκάτῃ, ἤμεσε χολώδεα, ξανθὰ, ὑπόσυχνα. Επτακαιδεκάτῃ, ἐπερρίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· ἵδρωσεν· ἄπυρος, ἐκρίθη. Οὖρα μετ' ὑποστροφὴν καὶ κρίσιν, εὐχροώτερα, ὑπόστασιν ἔχοντα.

Sexto, eadem perſeveravere. Septimo, novo ſuborto rigore febris acuta prehendit, & per omnia membra diffuſo ſudore judicatus eſt. Huic per totum morbum ex alvo dejectiones bilioſæ, paucæ, ſinceræ prodierunt. Urinæ tenues erant, boni coloris, quæ ſublime quiddam in medio innatans nubiloſum habebant. Ad octavum, urinas melioris coloris, in quibus ſubſidentia inerant candida & pauca, reddidit, ad intelligentiam rediit, à febre immunis fuit, quæ nono repetiit. Ad decimum quartum autem, graviter febricitavit, inſudavit. Decimo ſexto, bilioſa, flava, copioſa, vomitione rejecit. Decimo ſeptimo, novo deſuper orto rigore febris acuta invaſit, & ſudore dimanante à febre judicatione abſolutus eſt. Urinæ poſt morbi reverſionem & judicationem melioris erant coloris, atque in his ſubſi-

 dentia

ἔχοντα. Οὐδὲ παρέκρουσεν ἐν τῇ ὑποστροφῇ. Οκτωκαιδεκάτῃ, ἐθερμαίνετο Σμικρά· ἐπεδίψα· οὖρα λεπτὰ, ἐναιώρημα ἐπινέφελον· Σμικρὰ παρέκρουσε. Περὶ ἐννεακαιδεκάτην, ἄπυρος· τράχηλον ἐπωδύνως εἶχεν· οὔρασιν ὑπόστασις. Τελέως ἐκρίθη εἰκοστῇ.

dentia inerant, neque per recidivam mentis alienatio adfuit. Decimo octavo, paulùm incaluit, atque inſuper ſitibundus; urinæ tenues, ſublime quiddam in medio innatans nubiloſum habebant; aliquantulùm deliravit. Ad decimum nonum, à febre immunis fuit, cervicis dolor occupavit, urinis ſubſidentia inerant. Vigeſimo, perfectâ judicatione abſolutus eſt.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

CApitis dolores & vigilias febris vehementis & delirii ſigna eſſe, omneſque excretiones non judicantes vel mortem vel difficilem morbum præſagire, in præcedentibus ægrotis ſatis ſuperque annotavimus. Talem hujus morbi ideam diei primi & pleraque tertii ſymptomata præbent; boni verò quid, nec obſervatu indignum, dies tertius protulit (1), viz. tremorum à delirio ceſſationem (2), quod & in Pythione haud multo priùs obſervatum eſt. Quarto quippe die quievit, paululùm dormivit, & aliquantulùm deliravit; de tremoribus verò, vel convulſionibus verbum nullum. Horum tamen haud minùs quàm delirii memor fuiſſet Hippocrates, ſi perſeverâſſent. Hujus diei quies & levamen non obſcurè felicem morbi exitum innuunt, magnis enim tum ad vitam, tum ad mortem dies quartus viribus induitur. Imprimis, qualis erit die ſeptimo morbi ſtatus, indicat (3); quæcunque die quarto mala apparent, eo deteriora ſunt (4); quæcunque bona, eo magis ſecura (5). Obſervandum eſt inſuper, quod in omnibus epidemiorum ægrotis lethaliter affectis, morbus die quarto ingraveſcebat; in cæteris autem omnibus, ſymptomata die quarto miteſcebant, vel ſaltem ſubſtiterunt. In Philiſco, omnia die quarto exacerbata; in Sileno, eadem; in Eraſino, omnia die quarto difficillima & periculoſa; in Dromeadæ uxore, die quarto capitis gravitas ærumnoſa cum hypochondriorum le-

 vamine,

vamine, quod valde pernicioſum erat; relictis nempe partibus inferioribus, morbus ſuperiora invaſit (6). In duodecimo ægroto, die quarto febris acuta, dolores undique; in Philiſte, die quarto ſpaſmi, omnia exacerbata; in Ariſtionis famulâ, die quarto omnia exacerbata. Idem in octavo, decimo, undecimo, & duodecimo hujus ſectionis, ut & tertio, quarto, & quinto ſectionis ſecundæ hujus libri. In iis verò qui evaſerunt, nulla die quarto memoratur exacerbatio, excepto Metone; & ideò huic accidiſſe conjicio, quod, prout in libro primo jamdudum notatum eſt, naturæ motus copioſo & temerario aquæ potu turbati ſunt. Nec in hoc ægro dies quartus, ſeptimi index, vanum augurium præbet. Quamvis enim intermediis diebus morbus furebat, dies nihilominus indicatus non contemnendam per ſudorem judicationem attulit: Quæ licèt morbum (utpote crudum) penitus non ſubjugaverit, feroces tamen ejus inſultus in poſterum ſummopere reſtrinxit; octavo enim die urina meliùs colorata fuit, cum febris intermiſſione. Sed ob diei impotentiam (7), nono revertit hoſtis, quem natura cautè obſervans, & diebus fauſtis adoriens, quotidie debiliorem reddidit, & vigeſimo, integram victoriam adepta eſt; non fortuitè, herclè, nec improviſó, ſed quam urinæ, decimo ſeptimo, concoctæ palàm prædicabant.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Οἱ πυρετοὶ ὁκόσοι μὴ διαλείποντες, διὰ τρίτης ἰσχυρότεροι γίγνονται, μᾶλλον ἐπικίνδυνοι.

2. Ὁκόσοισιν ἂν ἐν τοῖσι καύσοισι τρόμοι γένωνται, παρακοπὴ λύει.

3. Τῶν ἑπτὰ, τετάρτη ἐπίδηλος.

Ὁκόσοισιν ἑβδομαῖα κρίνεται, τουτέοισιν ἐπινέφελον ἴσχει τὸ οὖρον τῇ τετάρτῃ ἐρυθρὸν, καὶ τ' ἄλλα κατὰ λόγον.

Τουτέων δὲ οἷσιν ἂν ἄρξηται ὁ πόνος τῇ πρώτῃ ἡμέρῃ γίνεσθαι, τεταρταῖοι πιέζονται μᾶλλον ἢ πεμπταῖοι, ἐς δὲ τὴν ἑβδόμην ἀπαλλάσσονται.

4. Καὶ

1. QUæcunque febres non intermittentes tertiâ die vehementiores fiunt, magis periculoſæ ſunt. Aph. S. 4. No. 43.

2. Quibus in febribus ardentibus tremores fiunt, delirium ſolvit. Aph. S. 6. No. 26.

3. Septimorum, quartus eſt index. Aph. S. 2. No. 24.

Quibus ſeptimo erit judicatio, hi nubeculam rubram in urinâ habebunt die quarto, & alia ſecundum rationem. Aph. S. 4. No. 24.

Porro quibus horum dolor inceperit fieri primo die, hi quarto magis quam quinto premuntur, ſeptimo autem liberantur. Prænot. S. 25.

4. Et

4. Καὶ οἷς φλαῦρον διαχώρημα, δυσκολώτατον τεταρταίοισιν ἀρχόμενον.

4. Et quibus alvi recrementum vitioſum, id maximam moleſtiam exhibet, ſi quarto die inceperit. Co. S. 1. 6. No. 62.

Ἢν ἡ τετάρτη τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ ὅμοιον ἔχῃ τι τῶν αὐτῶν τούτων, κινδυνώδης ὁ κάμνων γίνεται.

Si quarta dies quid ſimile habuerit tertiæ ex iiſdem illis, æger in periculo verſatur. Vict. Acut. P. 307. No. 175.

Τρίτην ἐπέχοντες, τετάρτην παροξυνθέντες, κακόν. Ἦ ῥά γε καὶ φρενιτικοὶ οἱ τοιοῦτοι παροξυσμοί;

Si tertiâ die ſubſiſtit acceſſio, & quartâ ingraveſcit, malum. Et metus eſt ne hujuſmodi acceſſiones phrenitidem inducant. Co. S. 1. No. 113.

Αἱ τεταρταῖαι αἱμοῤῥαγίαι, δύσκριτοι.

Quartâ die contingentes ſanguinis fluxus, ægrè judicant. M. Pop. P. 700. No. 85.

Ἐν καύσῳ ῥύσις ἐκ μυκτήρων τεταρταίῳ, κακόν, ἢν μὴ τὶ ἄλλο ἀγαθὸν ξυμπέσῃ. Πεμπταίῳ δὲ, ἧσσον κινδυνώδης.

In febre ardente fluxio ſanguinis è naribus quartâ die, malum, ſi non aliud quid boni coinciderit. Verùm quintâ, minus periculoſa. Co. S. 1. No. 186.

5. Οὖρον παχὺ λευκὸν—ἐπὶ τοῖσι κοπιώδεσι τεταρταίοισιν ἐστιν ὅτε

5. Urina craſſa alba in laſſitudinoſis febribus quartâ die aliquando

ὅτε ἔρχεται, καὶ ῥύεται τῆς ἀποστάσιος.

do prodit, & liberat ab abſceſſu. De humoribus S. 11.

Ὁκόσοισιν ἐλπὶς ἐς ἄρθρα ἀφίστασθαι, ῥύεται τῆς ἀποστάσιος οὖρον πολὺ, καὶ παχὺ, καὶ λευκὸν γιγνόμενον, οἷον ἐν τοῖσι κοπώδεσι πυρετοῖσι τεταρταίοισιν ἄρχεται ἐνίοισι γίγνεσθαι.

Quibus ſpes eſt abſceſſum fore ad articulos, eos abſceſſu liberat urina multa, & craſſa, & alba reddita, qualis in febribus cum laſſitudine quartâ die quibuſdam fieri incipit. Aph. S. 4. No. 74.

6. Αἱ σὺν πυρετῷ γινόμεναι ὀδύναι περὶ τὴν ὀσφὺν τε, καὶ τὰ κάτω χωρία, ἢν τῶν φρενῶν ἅπτωνται, τὰ κάτω ἐκλείπουσαι, ὀλέθριον κάρτα.

6. Dolores cum febre contingentes circa lumbos & infernas partes, ſi ſeptum tranſverſum attigerint, infernas partes relinquentes, valde pernicioſi. Præn. S. 19.

7. Πυρέσσοντι ἢν μὴ ἐν περισσῇσιν ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ὑποστροπιάζειν εἴωθεν.

7. Febricitanti niſi in diebus imparibus dimiſerit febris, reverti ſolet. Aph. S. 4. No. 61.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΚΤΟΣ.

6. ΤΗΝ Εὐρυάνακτος θυγατέρα παρθένον, πῦρ ἔλαβεν. Ἦν δὲ ἄδιψος διὰ τέλεος· γεύματα οὐ προσεδέχετο· ἀπὸ δὲ κοιλίης σμικρὰ διῄει· οὖρα λεπτά, ὀλίγα, οὐκ εὔχροα. Ἀρχομένου δὲ τοῦ πυρετοῦ, περὶ ἕδρην ἐπόνεεν. Ἑκταίη δὲ ἐοῦσα, ἄπυρος· οὐχ ἵδρωσεν· ἐκρίθη· τὸ δὲ περὶ τὴν ἕδρην σμικρὰ ἐξεπύησεν, ἐῤῥάγη ἅμα κρίσει. Μετὰ δὲ κρίσιν, ἑβδομαίη ἐοῦσα, ἐῤῥίγωσε· σμικρὰ ἐπεθερμάνθη· ἵδρωσε. Μετὰ δὲ κρίσιν ὀγδοαίη ἐοῦσα,

ἐῤῥίγωσεν

ÆGER SEXTUS.

6. EUryanactis filiam virginem, ignis, hoc eſt, febris vehementiſſima prehendit. Sine ſiti autem perpetuò permanſit, neque cibos ullos admittebat. Alvus pauca demiſit, urinæ tenues, paucæ, neque probi coloris erant. Incipiente autem febre, ad ſedem dolor erat. Sexto verò die, à febre immunis fuit, non ſudavit, judicata eſt. Quod ad ſedem enatum erat paululùm ſuppuravit, ſimulque judicatione diſruptum eſt. A judicatione ſeptimo die, rigore correpta aliquantulùm incaluit, ſudavit. Octavo verò poſt judicationem die,

non

ἐῤῥίγωσεν οὐ πολλά· ὕστερον δὲ ἄκρεα ψυχρὰ αἰεί. Περὶ δεκάτην, μετὰ τὸν ἱδρῶτα τὸν γενόμενον, παρέκρουσε· καὶ πάλιν ταχὺ κατενόει. Ελεγον δὲ γευσαμένην βότρυος, ταῦτα παθεῖν. Διαλιποῦσα δὲ δυωκαιδεκάτην, πάλιν πολλὰ παρελήρει· κοιλίη ἐταράχθη χολώδεσιν, ὀλίγοισι, καὶ ἀκρήτοισι, λεπτοῖσι, δακνώδεσι· πυκνὰ ἀνίστατο. Αφ᾽ ἧς δὲ παρέκρουσε τὸ ὕστερον, ἀπέθανεν ἑβδόμη. Αυτη, ἀρχομένου τοῦ νοσήματος, ἤλγεε φάρυγγα, καὶ διὰ τέλεος ἔρευθος εἶχε· καὶ γαργαρεὼν ἀνεσπασμένος· ῥεύματα πολλὰ, σμικρὰ, λεπτὰ, δριμέα· ἔβησσε· πέπονα οὐδὲν * ἀνῆγε· ἀπόσιτος πάντων, παρὰ πάντα

non admodum riguit, poſteáque extremorum frigus ſemper adfuit. Ad decimum, poſt eum quem habuerat ſudorem, deliravit, rurſuſque ſtatim ad mentem rediit. Iſta autem (ut ferebant) ex deguſtatâ uvâ huic contigerant. Ubi autem duodecimum diem intermiſiſſet, plurimùm rurſus deſipiebat. Alvus conturbata, bilioſa, pauca & ſincera, tenuia, mordacia reddidit, crebrò deſurgebat. Septimo verò die, ex quo poſtremùm delirâſſet, mortua eſt. Hæc ab ipſo morbi exordio, ex faucibus doluit, & continuum ruborem habuit, gurgulioque retractus eſt, diſtillationes multæ, parvæ, tenues, acres aderant. Tuſſiebat, neque concoctum quicquam educebat. Toto morbi tem-

B b pore

* Πέπονα οὐδὲν, ita habent omnes impreſſi. Quid ſi legamus, πέπον οὐδὲν?

τα τὸν χρόνον, οὐδ᾽ ἐπεθύμησεν οὐδενός· ἄδιψος, οὐδ᾽ ἔπινεν οὐδὲν ἄξιον λόγου· Σιγῶσα, οὐδὲν διελέγετο· δυσθυμίη ἀνελπίστως ἑωϋτῆς εἶχεν. Ην δέ τι καὶ ξυγγενικὸν φθινῶδες.

pore omnis generis cibos averſata eſt, neque quicquam appetivit, non ſitiit, neque quicquam effatu dignum bibit, taciturna erat, nihil loquebatur, mœror & animi deſperatio inerant. Erat autem nativa quædam ac congenita ad tabem propenſio.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

NAturâ hujus morbi, (qui partim chronicus, partim acutus habendus eſt) diſcordiâ exemplarium impreſſorum, obſcurus & interruptus dierum ordo impediunt, quominus mutationes & duratio morbi prævideri poſſint. Nam ex quadraginta tribus, ſeptem ſolummodo dierum ſymptomata numerantur, viz. primi, ſexti, decimi tertii, decimi quarti, vigeſimi tertii, trigeſimi ſexti, quadrageſimi tertii; hinc ergo ſumpta prognoſtica ut ſint univerſalia neceſſe eſt, utpote quæ morbi periculum denuncient, judicationis verò, aut mortis diem conjecturæ ſubtrahant. Signa ergo tantum idiopathica attingemus, & quid ex his, ſecundum leges Aſclepiadum, prædicendum ſit, demonſtrabimus. Virgo hæc nativâ quâdam & congenitâ ad tabem propenſione diu laborabat; ſed tabes hæreditariæ ſunt omnium periculoſiſſimæ. Hicce autem morbus non tantum jure hæreditario, ſed & propriâ ſuâ naturâ pernicioſus erat; quippe qui nullo ferè ſymptomate lethali deſtituebatur, nec benigni quid pro vitâ militabat. In talibus enim ubi ſpes aliqua vitæ ſupereſt, imprimis ut ſint ſine febribus neceſſe eſt (1); ſed hæc tabes febri vehementiſſimæ conjuncta eſt. Sputum concoctum & facilè eductum eſſe debet; hæc autem parum, acre, tenue, & crudum extuſſiit. Deſtillationes à capite ad nares converti debent; huic autem in fauces & pulmones deſtillationes multæ & acres defluebant. In ta-

be ſalutari alvus ſemel in die ſolvitur, & egeſtorum conſiſtentia pro ratione ciborum fit; huic alvus bilioſis, &c. turbata fuit. Cùm ergo nihil eorum, quæ conducunt, huic tabidæ quadravit, vitæ ſpes omnis abjicienda eſt; idque potiſſimùm, ſi appetitûs proſtratio (2), faucium rubor cum dolòre (3), ſedis dolor ſuppuratorius (4), taciturnitas cum mœſtitiâ & deſperatione hiſce inſuper adjungantur (5).

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΠΕρὶ δὲ τῶν φθινόντων, κατὰ μὲν τὸ πτύελον, καὶ τὴν βῆχα, ταυτὰ λέγω, ἅπερ περὶ τῶν ἐμπύων ἔγραφον. Χρὴ γὰρ τὸ πτύελον τῷ μέλλοντι καλῶς ἀπαλλάξειν, εὐπετέως τε ἀναβήσσεσθαι, καὶ εἶναι λευκὸν, καὶ ὁμαλὸν, καὶ ὁμόχροον, καὶ ἀφλέγμαντον. Τὸ δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταῤῥέον, ἐς τὰς ῥῖνας τρέπεσθαι. Πυρετὸν δὲ μὴ λαμ-

1. DE tabeſcentibus, quod ad ſputum ac tuſſin attinet, eadem dico quæ de ſuppuratis ſcripſi. Oportet enim eum qui probè liberari volet, facilè ſputum per tuſſim rejicere, & id eſſe album, & æquale, & ejuſdem coloris, & ab inflammatione alienum. Quod verò à capite defluit, ad nares converti. Febrem verò non invadere,

λαμβάνειν, ὥστε τῶν δείπνων μὴ κωλύεσθαι, μήδε διψῆν. Ἡ δὲ γαστὴρ ὑποχωρείτω πᾶσαν ἡμέρην, καὶ τὸ ὑποχώρεον ἔστω σκληρὸν, πλῆθος δὲ κατὰ τὰ εἰσιόντα.—Ὅστις μὲν ταῦτα πάντα ἔχει, περιεκτικώτατος γίνεται. Ὃς δ' ἂν μηδὲν τούτων ἔχῃ, ὀλεθριώτατος.

re, ut ne à cœnis prohibeatur, neque ſitiat. Venter autem egerat quotidie, & id quod egeſtum eſt ſit durum, copia pro ratione ciborum.----Quicunque hæc omnia habet maximè ſuperſtes erit, qui verò nil horum habet, interitui eſt proximus. Prædict. S. 12. L. 2.

2. Ἐν πάσῃ νούσῳ τὸ ἐῤῥῶσθαι τὴν διάνοιαν, καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν. Τὸ δ' ἐναντίον, κακόν.

2. In omni morbo mente valere, & bene ſe habere ad ea quæ offeruntur, bonum. Contrarium verò, malum. Aph. S. 2. No. 33.

3. Φάρυγξ ἑλκουμένη ξὺν πυρετῷ, δεινόν. Ἀλλ' ἤν τι καὶ ἄλλο σημεῖον γένηται τῶν προκεκριμένων πονηρῶν εἶναι, προλέγειν, ὡς ἐν κινδύνῳ ἐόντος τοῦ ἀνθρώπου.—Ὅσαι δὲ τὰ μὲν ἄλλα παραπλησίως πόνον παρέχουσιν, ἐπαίρονται δὲ, καὶ ἐρυθήματα ἐν τῇ φάρυγγι ποιέουσιν,

3. Fauces exulceratæ cum febre, horrendæ ſunt. Verùm ſi quod aliud ſignum accedat ex his quæ anteà mala eſſe dicuntur, in periculo hominem verſari prædicendum eſt.----- Quæ verò ſimiliter alioqui dolorem exhibent, attolluntur autem, & in faucibus rubores faciunt, pernicioſa

ἔουσιν, ὀλέθριαι μὲν καρτά.

4. Ἐν μακροῖσιν ὀλεθρίοισιν ἕδρης ἄλγημα, θανάσιμον.

5. Αἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐκστάσιες σιγῶσαι μὴ ἀφώνῳ, ὀλέθριαι.

oſa quidem valde ſunt. Prænot. S. 23.

4. In longis pernicioſis morbis ſedis dolor, lethale eſt. Co. S. 1. No. 103.

5. In febribus mentis emotiones taciturnæ in eo qui voce defectus non eſt, pernicioſæ. Co. S. 1. No. 96.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΒΔΟΜΟΣ.

7. Κυναγχικὴ, ἡ παρὰ τὰ Ἀριστίωνος ἦν, πρῶτον ἀπὸ γλώσσης ἤρξατο· ἀσαφὴς ἡ φωνή· γλῶσσα ἐρυθρὴ, ἐπεξηράνθη. Τῇ πρώτῃ, φρικώδης, ἐπεθερμάνθη. Τρίτῃ, ῥῖγος, πυρετὸς ὀξύς· οἴδημα ὑπέρυθρον, σκληρὸν, τραχήλου καὶ ἐπὶ στῆθος ἐξ ἀμφοτέρων· ἄκρεα ψυχρὰ, πελιδνά. πνεῦμα μετέωρον· ποτὸν διὰ ῥινῶν ἐχεῖτο· καταπίνειν οὐκ ἠδύνατο· τὰ διαχωρήματα, καὶ οὖρα ἐπέστη. Τετάρτῃ, πάντα παρωξύνθη. Πέμπτῃ, ἀπέθανε, κυναγχική.

ÆGER SEPTIMUS.

7. QUÆ apud Ariſtionem erat & anginâ conflictabatur, primùm & linguâ laborare cœpit. Vox obſcurè ſe prodebat, lingua rubens & reſiccata erat. Primo die, horruit, incaluit. Tertio, rigor, febris acuta prehendit, colli tumor ſubruber, durus, & in pectus utrâque ex parte imminebat, extrema frigida, livida, ſpiratio ſublimis, potus per nares refluebat, neque devorare quicquam poterat, dejectiones & urinæ reſtiterunt. Quarto, exaſperata ſunt omnia. Quinto, anginâ periit.

DEMONSTRATIO.

ERrâſſe mihi videntur cùm Galenus, tùm Valeſius, Galeni licèt ubique ferè aliàs pediſſequus obſervantiſſimus, in hâc tamen ægrotâ immaniter ab eo diſcrepans. Galenus quidem longiùs vixiſſe famulam, quàm funeſta diei tertii ſymptomata pollicebantur; Valeſius autem, citiùs periiſſe, quàm morbi ratio poſtulabat, contendit: Neque ex anginâ omnino, ſed ex fortuitâ quâdam evacuationum ſuppreſſione mortuam eſſe. Haud arduum autem videtur probare utroſque hallucinari, nec debito citius tardiuſve ægrotam interiiſſe. Si tertio die, ut vult Galenus, perire debuiſſet, primo ſtatim die ſigna lethalia apparuiſſent (1); ſed cum hæc, viz. livores (2), frigus (3), ſpiratio ſublimis (4), & impotentia bibendi non ante tertium diem invaſêre (5), proximum diem criticum expectare par erat. Neque ultra hunc diem prolongari conceſſum eſt, præſertim cum omnia hæc ſigna die ſequenti magis exaſperata ſint (6). Omiſſis autem ſignis quæ à dierum potentiis ſumuntur, noſtra de ægrota prædictio in libro de Prænotionibus confirmatur, ubi Hippocrates, progreſſum anginæ illuſtrans, ait, Si nihil in faucibus (7), neque cervice conſpicuum fuerit, dolor nihilominus vehemens ſit, & erectâ cervice ſpiratio, tum eodem die, ſecundo, tertio, aut quarto peribit ægrotus; ſed in hâc linguæ rubor conſpicuus erat, nec ante diem tertium erectâ cervice ſpirabat. Hiſce ergo limitibus nequaquam circum-

circumſcripta ægrota quartum diem tranſibit. Morbum verò multo diuturniorem non fore, ex eodem libro prolata obſervata probant. Dicitur enim, ſi anginæ ſint dolentes (8), & in faucibus rubores faciant, pernicioſæ valde ſunt, verùm prioribus magis diuturnæ, ſi rubor fuerit magnus, i. e. pro ratione rubedinis morbus diuturnior erit. Sed cum tumor tantummodo ſubruber erat, & ſigna lethalia die tertiò ſe manifeſtabant, vitæ terminum non ultra diem quintum prolongari conſentaneum eſt.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΟΙ δὲ κακοήθέστατοι, καὶ ἐπὶ σημείων δεινοτάτων γινόμενοι, τεταρταῖοι κτείνουσιν, ἢ πρόσθεν.

2. Τὰ πελιδνὰ γινόμενα ἐν πυρετῷ, σύντομον θάνατον σημαίνει.

3. Ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ

1. MAligniſſimæ verò, & ſignis horrendiſſimis orientes, quarto die, aut prius occidunt. Prænot. S. 20.

2. Livores orientes in febribus, brevi mortem affore ſignificant. Co. S. 1. No. 97.

3. In febribus non intermittentibus, ſi externa quidem frigida

τὰ δὲ ἔνδον καίηται, καὶ δίψαν ἔχῃ, θανάσιμον.

ſint, interna verò urantur & ſitim habeant, lethale. Aph. S. 4. No. 48.

4. Αἱ δὲ κυνάγχαι δεινόταται μὲν εἰσι καὶ τάχιστα ἀναιροῦσιν, ὁκόσαι μήτε ἐν τῇ φάρυγγι μηδὲν ἔκδηλον ποιέουσι, μήτε ἐν τῷ αὐχένι, πλεῖστον δὲ πόνον παρέχουσι, καὶ ὀρθόπνοιαν. Αὗται γὰρ αὐθημερὸν ἀποπνίγουσι, καὶ δευτεραῖαι, καὶ τριταῖαι, καὶ τεταρταῖαι.

4. Anginæ horrendiſſimæ ſunt & citiſſimè occidunt, quæ neque in faucibus quicquam conſpicuum faciunt, neque in cervice, verùm plurimum dolorem exhibent, & erectâ cervice ſpirationem inducunt. Hæ enim eodem die ſuffocant, ſecundo item, & tertio, & quarto. Prænot. S. 23.

5. Τράχηλον ἐπιστραφῆναι μὴ δύνασθαι, μηδὲ καταπίνειν, θανάσιμον ὡς τὰ πολλά.

5. Collum convertere non poſſe, neque deglutire, plerumque lethale. Co. S. 2. No. 222.

6. Καὶ ἢν ἡ τετάρτη τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ ὅμοιον ἔχῃ τι τῶν αὐτῶν τούτων, κινδυνώδης ὁ κάμνων γίνεται.

6. Si quarta dies quid ſimile habuerit tertiæ ex iiſdem illis, æger in periculo verſatur. Vict. Acut. P. 307. No. 175.

7. Αἱ δὲ κυνάγχαι δεινόταται μὲν εἰσι καὶ τάχιστα ἀναιροῦσιν, ὁκόσαι μήτε ἐν τῇ φάρυγγι μηδὲν ἔκδηλον ποιέουσι, μήτε ἐν τῷ αὐχένι,

7. Anginæ horrendiſſimæ ſunt & citiſſimè occidunt, quæ neque in faucibus quicquam conſpicuum faciunt, neque in cervice, verùm plurimum dolorem

αὐχένι, πλεῖστον δὲ πόνον παρέχουσι, καὶ ὀρθόπνοιαν. Αὗται γὰρ αὐθημερὸν ἀποπνίγουσι, καὶ δευτεραῖαι, καὶ τριταῖαι, καὶ τεταρταῖαι.

8. Ὅσαι δὲ τὰ μὲν ἄλλα παραπλησίως πόνον παρέχουσιν, ἐπαίρονται δὲ, καὶ ἐρυθήματα ἐν τῇ φάρυγγι ποιέουσιν, ὀλέθριαι μὲν κάρτα. Χρονιώτεραι δὲ μᾶλλον τῶν πρόσθεν, ἢν τὸ ἐρύθημα μέγα γίνηται.

dolorem exhibent, & erectâ cervice ſpirationem inducunt. Hæ enim eodem die ſuffocant, ſecundo item, & tertio, & quarto. Prænot. S. 23.

8. Quæ verò ſimiliter dolorem exhibent, attolluntur autem, & in faucibus rubores faciunt, pernicioſæ quidem valde ſunt. Verùm prioribus magis diuturnæ, ſi rubor fuerit magnus. Prænot. S. 23.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΟΓΔΟΟΣ.

8. ΤΟ μειράκιον, ὃ κατέκειτο ἐπὶ Ψευδέων ἀγορῇ, πῦρ ἔλαβεν ἐκ κόπων καὶ πόνων, καὶ δρόμων παρὰ τὸ ἔθος. Τῇ πρώτῃ, κοιλίη ταραχώδης, χολώδεσι, λεπτοῖσι, πολλοῖσιν· οὖρα λεπτὰ, ὑπομέλανα· οὐχ ὕπνωσε· διψώδης. Δευτέρῃ, πάντα παρωξύνθη· διαχωρήματα πλείω ἀκαιρότερα· οὐχ ὕπνωσε· τὰ τῆς γνώμης ταραχώδεα· Σμικρὰ ὑφίδρωσε. Τρίτῃ, δυσφόρως· διψώδης, ἀσώδης· πουλὺς βληστρισμὸς, ἀπορίη· παρέκρουσεν· ἄκρεα πελιδνὰ, καὶ ψυχρὰ· ὑποχονδρίου ἔντασις ὑπολάπαρος ἐξ ἀμφοτέρων. Τετάρτῃ, οὐχ ὕπνωσεν· ἐπὶ τὸ χεῖρον. Ἑβδόμῃ, ἀπέθανεν. Ἡλικίη περὶ ἔτεα εἴκοσιν.

ÆGER OCTAVUS.

8. QUI ad Mendacium forum decumbebat adoleſcens, ex laſſitudinibus, laboribus ac curſibus præter conſuetudinem, igne, hoc eſt, febre vehementiſſimâ correptus eſt. Primo die, conturbata alvus, bilioſa, tenuia, multa reddidit. Urinæ tenues & nigricantes erant, ſomnum non cepit, ſitibundus fuit. Poſtridie, exaſperata ſunt omnia; dejectiones plures erant & importuniores, neque dormivit, mens perturbata fuit, aliquantulùm inſudavit. Tertio, inquietè habuit, ſitibundus, nauſeabundus, multa corporis jactatio & anguſtia, deliravit; extrema livida & frigida, præcordiorum contenſio ſubmollis utrinque. Quarto, ſomnum non cepit, pejus habuit. Septimo obiit. Ætas erat annorum prope viginti.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

FEbrem periculoſæ plenam aleæ primi diei ſymptomata oſtendunt; nec diu inter vitam & mortem duraturum eſſe certamen, primo ferè intuitu licet conjicere. Alvi dejectiones, quatenus linioſæ, damnandæ ſunt (1); quatenus autem magnâ copiâ (2) & velocitate proceſſerunt (3), ſummum vitæ diſcrimen portendunt. Quibus ſi adjungantur pravus urinæ color (4), reduplicata die poſtero acceſſio (5), auctæ dejectiones (6) ſine ſomno (7) cum exiguo ſudore & mente turbatâ (8), nec non diei ſubſequentis corporis jactationes (9), & extremorum frigus cum livore (10), nihil non lugubre metuendum erit. Nec mors, die quinto, inopinante medico, ægrotum opprimet; hoc enim die, multi antiqui codices mortem eveniſſe teſtantur, licèt Galenus eorum optimos contendat eam diei ſeptimo aſſignâſſe. Ut ut autem valeat manuſcriptorum autoritas, ſi ſeptìmam lucem conſpexit ægrotus, id eveniſſe autumo ex hypochondriorum tenſione, quâ natura humores noxios à partibus nobilibus inferiora verſus protrudere conatur. Sed cùm abſceſſus morbo fuit impar (11), diem unum vel alterum tantummodo vitam prolongavit, mortem non profligavit (12).

ΠΡΟΓ-

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Αἱ ἐς ἄκρητα τελευτῶσαι καθάρσιες, ἐν πᾶσι παροξυντικαί.

2. Γένοιτο δ' ἂν καὶ ὀλέθρια, τὰ μὴ σμικρά.

3. Καὶ γὰρ τῶν παραχρῆμα ἀπολλυμένων ταχύτεραι αἱ κρίσιες, ὅτι ταχέες οἱ πόνοι, καὶ συνεχέες, καὶ ἰσχυροί. Τὰ δὲ κρίνοντα ἐπὶ τὸ βέλτιον, μὴ αὐτίκα ἐπιφαινέσθω.

4. Ἔτι δὲ τοῖσι μὲν ἀνδράσι, καὶ τῇσι γυναιξὶ, τὰ μέλανα τῶν οὔρων κάκιστα.

5. Οἱ λαβόντες ἐς τὴν αὔριον παροξυνθέντες, κακόν.

6. Ἐν καύσῳ κοιλίη καταρραγεῖσα, θανάσιμον.

7. Κά-

1. Meracæ deſinentes purgationes, omnibus quidem exacerbatoriæ ſunt. Prædict. S. 15. L. 1.

2. Pernicioſa evadunt, quæ modum excedunt. M. Pop. P. 686. No. 36.

3. Nam & eorum quæ ſtatim pereunt velociores ſunt judicationes, quoniam dolores continui, & fortes ſunt. Quæ verò ad meliùs judicant, non ſtatim apparere debent. M. Pop. P. 686. No. 32.

4. At tum in viris, tum in mulieribus, nigræ urinæ peſſimæ ſunt. Prænot. S. 11.

5. Qui acceſſione correpti poſtero die graviùs habent, malum. Co. S. 1. No. 112.

6. In febre ardente ſi alvus affatim eruperit, lethale. Co. S. 1. No. 182.

7. Peſſi-

7. Κάκιϛον δὲ μὴ κοιμᾶσθαι, μήτε τῆς νυκτὸς, μήτε τῆς ἡμέρης.

7. Peſſimum verò eſt non dormire, neque nocte, neque interdiu. Præn. S. 9.

8. Οἱ ἐφιδροῦντες ἐν πυρετῷ, κακοήθεες.

8. Qui tenuiter ſudant in febre, malignè ſe habent. Co. S. 1. No. 65.

9. Οἱ ἐν κρισίμοισιν ἀλυσμοὶ ἄνευ ἱδρῶτος περιψυχόμενοι— κακόν.

9. Anxietates in diebus judicatoriis, ſi in his ſine ſudore perfrigerantur, malum. Co. S. 1. No. 60.

10. Τὰ πελιδνὰ γινόμενα ἐν πυρετῷ, σύντομον θάνατον σημαίνει.

10. Livores oborientes in febre, brevi mortem affore denunciant. Co. S. 1. No. 97.

11. Ἐπὶ τουτέοισιν ἀποϛάσιες ἐγένοντο, ἢ μείζους, ὥϛε ὑποφέρειν μὴ δύνασθαι, ἢ μείους, ὥϛε μηδὲν ὠφελέειν.

11. His abſceſſus fiebant, aut majores, quàm ut ferre poſſent; aut minores, quàm ut quicquam prodeſſent. M. Pop. 660. No. 65.

12. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἀποϛήματα μὴ λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρίσιας, μῆκος νούσου σημαίνει.

12. In febribus abſceſſus in primis judicationibus morbum non ſolventes, longitudinem morbi ſignificant. Aph. S. 4. No. 51.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΝΑΤΟΣ.

9. Η Παρὰ Τισαμενῷ γυνὴ κατέκειτο, ἣ τὰ εἰλεώδεα δυσφόρως ὥρμησεν· ἔμετοι πολλοί· τὸ ποτὸν κατέχειν οὐκ ἠδύνατο· πόνοι περὶ ὑποχόνδρια· καὶ ἐν τοῖσι κάτω κατὰ κοιλίην, πόνοι· στρόφοι ξυνεχέες· οὐ διψώδης· ἐπεθερμαίνετο· ἄκρεα ψυχρὰ διὰ τέλεος· ἀσώδης, ἄγρυπνος· οὖρα ὀλίγα, λεπτά· διαχωρήματα, ὠμά, λεπτά, ὀλίγα· ὠφελέειν οὐκ ἔτι ἠδύνατο. Ἀπέθανεν.

ÆGER NONUS.

9. MUlier ad Tiſamenum moleſtis volvuli caſibus appetita fuit, multis vomitionibus conflictabatur, potum continere non poterat. Dolores circa præcordia aderant, qui in inferioribus ſecundùm ventrem locis cum torminibus aſſiduis urgebant. Non ſitiebat, incaleſcebat, extrema perpetuò frigeſcebant, ſtomachi faſtidio laborabat, vigil erat. Urinas paucas, tenues reddidit. Alvi recrementa cruda, tenuia, pauca. Nil ampliùs juvare poterat: defuncta eſt.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

AD illuſtrationem doctrinæ Hippocraticæ morbi præſentis hiſtoria nil magni confert; quoniam neque quot dies famula hæc ægrotavit, nec quibus ſymptomatum mutationes inciderunt, nec quo die mortua eſt, cognoſcimus. Patet autem ex recenſitis malis, morbum præcipitis & perniciosæ admodùm naturæ fuiſſe. Vomitiones enim copioſæ cum doloribus fortibus, continuis, & extremorum refrigeratione, ab initio ſtatim invaſêre.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΕΚΑΤΟΣ.

10. Γυναῖκα, ἐξ ἀποφθορῆς νηπίου, τῶν περὶ Παντιμίδην, τῇ πρώτῃ πῦρ ἔλαβεν· ἡ γλῶσσα ἐπίξηρος· διψώδης, ἀσώδης, ἄγρυπνος· κοιλίη ταραχώδης λεπτοῖσι, πολλοῖσιν, ὠμοῖσι. Δευτέρῃ, ἐπεῤῥίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· ἀπὸ κοιλίης πολλά· οὐχ ὕπνωσε. Τρίτῃ, μείζους οἱ πόνοι. Τετάρτῃ, παρέκρουσεν. Ἑβδόμῃ, ἀπέθανεν. Ἡ κοιλίη διὰ παντὸς ὑγρὴ, διαχωρήμασι πολλοῖσι, λεπτοῖσιν, ὠμοῖσιν· οὖρα ὀλίγα, λεπτά.

ÆGER DECIMUS.

10. Ex his quæ circa Pantimiden erant, mulier quædam ex infantuli fætûs abortione, primo die igne, hoc eſt, febre vehementiſſimâ, correpta eſt. Lingua reſiccata, ſiticuloſa erat, æſtuabunda cum inſomniâ. Alvus conturbata ex multis tenuibus & crudis. Poſtridiè, novo oborto rigore, febris acuta prehendit, venter multa reddidit, non dormivit. Tertio die, inaugebantur dolores: quarto, deliravit : ſeptimo, defuncta eſt. Alvus per totum morbum recrementis multis tenuibus, crudis fluxit, urinæ paucæ, tenues erant.

DEMONSTRATIO.

HUJUS circa Pantimedem ſatum ægroti octavi non abſimile. Primo ſtatim die dejectiones fortes & continuæ. Die itidem ſecundo exacerbata eſt febris cum vigiliis; quæ tertio increverunt. Et quamvis nihil præter delirium die quarto memoratur, nullus tamen dubito, quin plura & lethalia hoc die & ſequentibus ſupervenerunt: Quæ quidem omiſit medicus, aut quòd non adfuit, aut quòd per ſe manifeſta credidit.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΝΔΕΚΑΤΟΣ.

11. ΕΤέρην, ἐξ ἀποφθορῆς περὶ πεντάμηνον, πῦρ ἔλαβεν. Ἀρχομένη δὲ, κωματώδης ἦν, καὶ ἄγρυπνος πάλιν· ὀσφύος ὀδύνη, κεφαλῆς βάρος. Δευτέρῃ, κοιλίη ἐπεταράχθη ὀλίγοισι, λεπτοῖσιν, ἀκρήτοισι τὸ πρῶτον. Τρίτῃ, πλείω, χείρω· νυκτὸς οὐκ ἐκοιμήθη. Τετάρτῃ, παρέκρουσε· φόβος, δυσθυμίη· δεξιῷ ἴλλαινεν· ἵδρωσε, περὶ κεφαλὴν, ὀλίγῳ ψυχρῷ· ἄκρεα ψυχρά. Πέμπτῃ, πάντα παρωξύνθη· πολλὰ παρέλεγε,

ÆGER UNDECIMUS.

11. ALteram ex abortivo fœtu circiter quintum menſem, ignis, hoc eſt, febris vehementiſſima, prehendit. Per exordia verò ſopore rurſuſque inſomniâ detinebatur cum lumborum dolore & capitis gravitate. Secundo die, alvus turbata eſt, primùmque pauca, tenuia & ſincera dejecit. Tertio, plura & pejora, nocte nihil dormivit. Quarto, mens emota fuit, metus atque animi ægritudo inerat, dexter oculus perverſus eſt, ſudor paucus & frigidus circa caput dimanavit, extremitates frigidæ. Quinto, exaſperata ſunt omnia,

παρέλεξε, καὶ πάλιν ταχὺ κατενόει· δίψος· ἄγρυπνος· κοιλίη πολλοῖσιν ἀκαίροισι διὰ τέλεος· οὖρα ὀλίγα, λεπτὰ, ὑπομέλανα· ἄκρεα ψυχρὰ, ὑποπέλιδνα. Ἕκτη, διὰ τῶν αὐτῶν. Ἑβδόμη, ἀπέθανεν.

nia, multùm deliravit confeſtimque rurſus ad intelligentiam rediit; ſiticuloſa erat, inſomnis. Alvus per totum morbum multis & intempeſtivis fluxit. Urinæ paucæ, tenues, nigreſcentes erant: extrema frigida, ſublivida. Sexto, eadem perſeverârunt. Septimo, extincta eſt.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

SÆpiùs anteâ obſervatum eſt, vigilias in febribus acutis delirium ſignificare, idque maximè, ſi capitis afflictionibus adjungantur. Sed & graviùs quid hic loci pertimeſcendum eſt, quod lumborum dolores capitis gravitatem præceſſerunt (1). Dejectiones ſinceræ (2), die ſecundo ſubortæ, morbum adhuc vehementiorem futurum demonſtrant. Ergo die tertio cum vigiliis ingraveſcebat; unde die quarto delirium, quod ab initio præſagiendum fuit. Sed, præter delirium, ægrota novam hodie exacerbationem paſſa eſt (3), unde morbi impetus etiamnum augetur; & cum hiſce malis ſigna lethalia die quarto ſupervenerint, viz. oculi diſtortio (4), ſudor frigidus circa caput (5), & extremorum frigus (6), nihil niſi mors die ſeptimo ſperandum erit.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΑΙ δὲ ξὺν πυρετῷ γινόμεναι ὀδύναι περὶ τὴν ὀσφὺν τε, καὶ τὰ κάτω χωρία, ἢν

1. DOlores cum febre contingentes circa lumbos & infernas partes, ſi ſeptum tranſ-

ἢν τῶν φρενῶν ἅπτωνται, τὰ κάτω ἐκλείπουσαι, ὀλέθριον κάρτα. Προσέχειν οὖν δεῖ τὸν νόον καὶ τοῖσι ἄλλοισι σημείοισιν, ὡς, ἤν τι καὶ τῶν ἄλλων σημείων ἐπιγίνηται πονηρόν τι, ἀνέλπιστος ὁ ἄνθρωπος.

tranſverſum attigerint, infernas partes relinquentes, pernicioſi valde ſunt. Proinde aliis quoque ſignis animum advertere oportet, nam ſi quod etiam ex aliis ſignis malum apparuerit, deſperatus eſt homo. Prænot. S. 19.

2. Αἱ ἐς ἄκρητα τελευτῶσαι καθάρσιες, ἐν πᾶσι παροξυντικαί.

2. Meracæ deſinentes purgationes, omnibus quidem exacerbatoriæ ſunt. Prædict. S. 15. L. 1.

3. Οἱ λαβόντες ἐς τὴν αὔριον παροξυνθέντες, κακόν.

3. Qui acceſſione correpti poſtero die gravius habent, malum. Co. S. 1. No. 112.

4. Καὶ τ' ἄλλα σημεῖα σκέπτεσθαι, τά τε ἐν τῷ ξύμπαντι σώματι, καὶ τὰ ἐν τῷ προσώπῳ, καὶ τὰ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν, ἢν γὰρ τὴν αὐγὴν φεύγωσιν, ἢ δακρύωσιν ἀπροαιρέτως, ἢ διαστρέφωνται —— ταῦτα πάντα κακὰ νομίζειν καὶ ὀλέθρια εἶναι.

4. Itemque alia ſigna conſiderare, & in univerſo corpore, & in facie, & in oculis, ſi enim lucem fugiant, aut involuntariè lacrymentur, aut diſtorqueantur---hæc omnia mala & pernicioſa eſſe putandum eſt. Prænot. S. 2.

5. Οἱ ἱδρῶτες —— κάκιστοι δὲ οἱ ψυχροί τε,

5. Sudores----peſſimi ſunt frigidi, & tantum

τε, καὶ μοῦνον περὶ τὴν κεφαλήν τε, καὶ τὸ πρόσωπον γινόμενοι, καὶ τὸν αὐχένα. Οὗτοι γὰρ, ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ, θάνατον προσημαίνουσι. Ξὺν δὲ πρηϋτέρῳ, μῆκος νούσου.

6. Ἐν τοῖσιν ὀξέσι νουσήμασι ψύξις ἀκρωτηρίων, κακόν.

tum circa caput & faciem oborientes, & circa cervicem. Hi enim cum acutâ quidem febre, mortem præſignificant; cum mitiori verò, morbi longitudinem. Prænot. S. 5.

6. In morbis acutis extremorum perfrigeratio, malum. Aph. S. 7. No. 1.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΩΔΕΚΑΤΟΣ.

Γυναῖκα, ἥ τις κατέκειτο ἐπὶ Ψευδέων ἀγορῇ, τότε τεκοῦσαν πρῶτον ἐπιπόνως ἄρσεν, πῦρ ἔλαβεν. Αὐτίκα ἀρχομένη, διψώδης, ἀσώδης· καρδίην ὑπήλγει· γλῶσσα ἐπίξηρος· κοιλίη ἐπεταράχθη λεπτοῖσιν, ὀλίγοισιν· οὐχ ὕπνωσε. Δευτέρη, σμικρὰ ἐπερρίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· μικρὰ περὶ κεφαλὴν ἵδρωσε ψυχρῷ. Τρίτη, ἐπιπόνως ἀπὸ κοιλίης ὠμὰ, λεπτὰ, πολλὰ διῄει. Τετάρτη, ἐπερρίγωσε· πάντα παρωξύνθη· ἄγρυπνος. Πέμπτη, ἐπιπόνως. Ἕκτη, διὰ τῶν αὐτῶν· ἀπὸ κοιλίης δὲ ἦλθε ὑγρὰ πολλά. Ἑβδόμῃ,

ÆGER DUODECIMUS.

12. QUÆ in Mendacium foro decumbebat, tum primùm laborioſè maſculum enixa, igne, hoc eſt, febre vehementiſſimâ, correpta eſt. Statim per exordia ſitibunda, ex ſtomachi faſtidio & oris ventriculi dolore laborabat, lingua reſiccata erat, alvus tenuibus, paucis, perturbata fuit, neque ſomnum cepit. Poſtridie, novo aliquantulùm ſuborto rigore febris acuta prehendit, modicus circa caput ſudor frigidus dimanavit. Tertio, non ſine dolore ab alvo cruda, tenuia, multa demiſſa ſunt. Quarto, novus obortus eſt rigor, exaſperata ſunt omnia, pervigil fuit. Quinto, moleſtè habuit. Sexto, eadem perſeverarunt. Ex alvo verò liquida multa ſeceſſêre. Septimo,

δόμῃ, ἐπεῤῥίγωσε· πυρετὸς ὀξύς· δίψα πολλή· βληστρισμός· περὶ δείλην, ἵδρωσε δι' ὅλου ψυχρῷ· ψύξις· ἄκρεα ψυχρά, οὐκ ἔτι ἀνεθερμαίνετο· καὶ πάλιν εἰς νύκτα ἐπεῤῥίγωσεν· ἄκρεα οὐκ ἀνεθερμαίνοντο· οὐχ ὕπνωσε· σμικρὰ παρέκρουσε, καὶ πάλιν ταχὺ κατενόει. Ὀγδόῃ, περὶ μέσον ἡμέρης ἀνεθερμάνθη· διψώδης, κωματώδης, ἀσώδης· ἤμεσε χολώδεα, μικρά, ὑπόξανθα· νύκτα δυσφόρως· οὐκ ἐκοιμήθη· οὔρησε πουλὺ ἀθρόον, οὐκ εἰδυῖα. Ἐνάτῃ, ξυνέδωκε πάντα· κωματώδης πρὸς δείλην· σμικρὰ ἐπεῤῥίγωσεν· ἤμεσε μικρά, χολώδεα. Δεκάτῃ, ῥῖγος· πυρετὸς παρωξύνθη· οὐχ ὕπνωσεν οὐδέν· πρωΐ,

mo, novo ſuborto rigore febris acuta corripuit, ſitis multa aderat, & incontinens corporis jactatio. Ad veſperam frigidus toto corpore diffuſus eſt ſudor, perfrixit, extremorum frigus, quæ nec jam ad calorem revocari poterant. Iterumque ſub noctem oborto rigore extrema non recaleſcebant, neque dormivit, aliquantulùm deliravit, confeſtimque rurſus ad intelligentiam rediit. Octavo, circa meridiem recaluit, ſitivit, ſopore oppreſſa fuit, nauſeabunda. Bilioſa, pauca, nonnihil flava vomitione refudit, nox inquies, non dormivit, multùm confertas urinas reddidit, idque non ſentiens. Nono, remiſſa ſunt omnia, ſopore detenta eſt ad occaſum, ſuborto aliquantulùm rigore, pauca, bilioſa, vomuit. Decimo rigor, febrilis inſultus, neque quicquam quievit. Manè

πρωῒ, οὔρησε πολὺ, ὑπόστασιν οὐκ ἔχον· ἄκρεα ἀνεθερμάνθη. Ἑνδεκάτῃ, ἤμεσεν ἰώδεα, χολώδεα· ἐπεῤῥίγωσεν· οὐ μετὰ πολὺ, καὶ πάλιν ἄκρεα ψυχρά· ἐς δείλην, ἱδρὼς, ῥῖγος· ἤμεσε πολλὰ· νύκτα, ἐπιπόνως. Δωδεκάτῃ, ἤμεσε πολλὰ, μέλανα, δυσώδεα· λυγμὸς πολὺς· δίψος ἐπιπόνως. Τρισκαιδεκάτῃ, μέλανα, δυσώδεα, πολλὰ ἤμεσε· ῥῖγος· περὶ δὲ μέσον ἡμέρης, ἄφωνος. Τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, αἷμα διὰ ῥινῶν· ἀπέθανε. Ταύτῃ, διὰ τέλεος, κοιλίη ὑγρὴ· φρικώδης. Ἡλικίη, περὶ ἔτεα ἑπτακαίδεκα.

Manè urinam multam, in quâ nulla ſubſidentia inerant, reddidit, extrema recaluerunt. Undecimo, vomuit virulenta, knilioſa, non ita multò pòſt rigore correpta eſt, rurſuſque extrema frigeſcebant. Sub occaſum ſudor, rigor, vomuit multùm, noctem moleſtè tulit. Duodecimo, multa, nigra, fœtida vomuit, ſingultus multus adfuit, & ſitis moleſta. Decimo tertio, rigore correpta, nigra, graveolentia, multa vomitu effudit. Circa meridiem verò voce defecta eſt. Decimo quarto, ſanguis per nares effluxit; defuncta eſt. Huic per totum morbum alvus lubrica, & horroris ſenſus adfuit. Ætas erat annorum ferè ſeptendecim.

DEMONSTRATIO.

NUllum magis inſigne corporeæ firmitatis exemplum contra morbum graviſſimum pugnantis, inter omnes epidemiorum ægrotos reperiundum eſt. Eo enim impetu invaſit febris, ut mortis indicia die ſtatim ſecundo comparerent; quam tamen renixu animoſo ad diem decimum quartum benigna natura diſtulit. Sudor die ſecundo ſubortus peſſima præſagit, tum quod parvus (1), tum quod frigidus & ſolùm circa caput (2). Hodie etiam invaluit febris, quæ pridie invaſerat (3); & quarto rurſus exacerbata eſt (4), ita ut nulla quies ad vires reficiendas ægrotanti concederetur. Hiſce autem malis involuta natura non ignaviter pro aris & focis dimicavit, ſed quotidie aliquid hoſtilium humorum è corpore eliminavit; ad finem quippe hiſtoriæ, alvum perpetuò humidam fuiſſe dicitur. Continua hæc alvi excretio, & ea quæ tertio die ſunt demiſſa morbi impetum, qui die ſecundo ſubita adeò & atrocia moliebatur, paululùm remorata ſunt. Cruda verò (5), & præmaturè erumpentia (6), haud magnopere morbi ardorem repreſſerunt. Is enim renovatis viribus immaniter die ſeptimo, cum ſignis lethalibus, recrudeſcebat; quæ mortem die proximo judicatorio intuliſſent, ni imperfectæ per alvum & veſicam judicationes (7), morbi mineram minuendo, ultimum ſupplicium ulterius pro-

rogâſſent.

rogâſſent. Induciis hiſce frequentes frigoris cum calore mutationes ſymbolam ſuam contulerunt (8). Die nempe ſecundo riguit, & paulò poſt recaluit; die quarto novus rigor; ſeptimo bis riguit, nec ante octavum calorem recuperavit; nono etiam paululùm riguit, & undecimo bis riguit. Veriſimile eſt mutationes has frigoris & caloris in cauſa fuiſſe, quòd ægrota diem undecimum ſuperavit. Quicquid autem emolumenti contulerunt hi rigores, morbi nihilominùs fatalem exitum portendunt (9); quibus cum vomitus fœtidi (10), nigri, extremorum frigus, & ſingultus ſuperinciderunt (11), mortem die proximo judicatorio in procinctu ſtare, medicus tuto pronunciabit.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΟΙ ἐφιδροῦντες ἐν πυρετῷ, κακοήθεες.

2. Κάκιστοι δὲ οἱ ψυχροί τε, καὶ μοῦνον περὶ τὴν κεφαλὴν τὲ, καὶ τὸ πρόσωπον γινόμενοι, καὶ τὸν αὐχένα.

3. Οἱ

1. QUI tenuiter ſudant in febre, malignè habent. Co. S. 1. No. 65.

2. Peſſimi autem ſunt frigidi, & ſolùm circa caput & vultum oborientes, & circa cervicem. Prænot. S. 5.

3. Qui

3. Οἱ λαβόντες ἐς τὴν αὔριον παροξυνθέντες, κακόν.

3. Qui acceſſione correpti poſtero die gravius habent, malum. Co. S. 1. No. 112.

4. Τρίτην ἐπισχόντες, τετάρτην παροξυνθέντες, κακόν.

4. Quibus tertio die ſubſiſtit acceſſio, & quarto ingraveſcit, malum. Co. S. 1. No. 113.

5. Πεπασμοὶ ταχύτητα κρίσιος, καὶ ἀσφαλείην ἐς ὑγείην σημαίνουσιν. Ὠμὰ δὲ, καὶ ἄπεπτα, καὶ ἐς κακὰς ἀποστάσιας τρεπόμενα, ἀκρισίας, ἢ πόνους, ἢ χρόνους, ἢ θανάτους, ἢ τῶν αὐτῶν ὑποστροφάς. Ὅ τι δὲ τουτέων ἔσται μάλιστα, σκέπτεον ἐξ ἄλλων.

5. Concoctiones celeritatem judicationis, & ſecuritatem ſanitatis promittunt. Cruda verò, & inconcocta, & in malos abſceſſus converſa, aut imperfectas judicationes, aut dolores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut eorundem recidivas. Quod verò ex his potiſſimùm futurum ſit, ex aliis conſiderandum eſt. M. Pop. P. 661.

6. Τὰ δὲ κρίνοντα ἐπὶ τὸ βέλτιον, μὴ αὐτίκα ἐπιφαινέσθω.

6. Quæ verò ad melius judicant, non ſtatim apparere debent. M. Pop. P. 686.

7. Τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα, τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα.

7. Judicatoria non judicantia, partim lethalia, & partim difficilis judicii. M. Pop. P. 686.

8. Καὶ 8. Et

8. Καὶ ὅκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ ἢν τὸ σῶμα καταψύχηται, ἢ αὖθις θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνηται, μῆκος νούσου σημαίνει.

9. Ῥῖγος ἐν συνεχείᾳ, τοῦ σώματος ἀσθενέος ἤδη ἐόντος, θανάσιμον.

10. Τάχιστα γὰρ θάνατον σημαίνει τὸ πέλιον τῶν ἐμέτων, εἰ ὄζοι δυσῶδες.

11. Ἐπὶ ἀκρήτοις ἐμέτοις λυγμὸς, κακόν.

8. Et ubi in toto corpore mutationes fiunt, & ſi corpus perfrigeretur, aut rurſus calefiat, aut color alius ex alio oriatur, morbi longitudinem ſignificant. Aph. S. 4. No. 40.

9. Rigor continenter vexans, corpore jam debili exiſtente, lethalis. Co. S. 1. No. 15.

10. Celerrimam autem mortem ſignificat lividus vomitus, ſi graveolens ſit. Prænot. S. 12.

11. In ſinceris vomitibus ſingultus, malum. Co. S. 4. No. 20.

ΤΜΗΜΑ

ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Κατάστασις Λοιμώδης *.

13. ΕΤος νότιον, ἔπομβρον· ἄπνοια διὰ τέλεος· αὐχμῶν δὲ γενομένων, τοὺς ὑπόπροσθεν χρόνους ἐπ᾽ ἐνιαυτὸν, ἐν νοτίοισι, περὶ Ἀρκτοῦρον, ὕδατα πολλά. Φθινόπωρον, σκιῶδες, ἐπινέφελον· ὑδάτων πλήθεα. Χειμὼν νότιος, ὑγρὸς, μαλακός. Μετὰ δὲ ἡλίου τροπὰς ὕστερον

SECTIO SECUNDA.

Status Peſtilens.

13. ANnus Auſtrinus, imbribus abundans, atque in totum à ventis tranquillus fuit. Quum autem paulò ſuperioribus anni temporibus, juſto majores ſiccitates viguiſſent, ſub Arcturum, ſpirantibus auſtris, multùm pluit. Autumnus obſcurus, nebuloſus, cum aquarum abundantiâ, hyems auſtrina, humida & levis. Longo verò poſt Solis converſio-nem

* Λοιμώδης hîc non eſt propriè *peſtilens* & *contagioſus*, ſiquidem in his morbis ab *Hippocrate* deſcriptis nullum eſt *contagii* veſtigium: ſed ut *Galenus* innuit, aliud non eſt, quàm Ἐπιδημία ὀλέθριος. Quicunque enim uno in loco morbus multos ſimul invaſerit, ſimulque hoc habeat ut multos perimat, *peſtis* fit. Com. 3. in 3 Epid. Sed ipſe Titulus *Galeno* paululùm ſuſpectus eſt.

ὕστερον πολλῷ, πλησίον ἰσημερίης, ὀπισθοχειμῶνες· καὶ ἤδη περὶ ἰσημερίην, βόρεια, χιονώδεα, οὐ πουλὺν χρόνον. Ἔαρ πάλιν νότιον, ἄπνοον· ὕδατα πολλὰ διὰ τέλεος μέχρι Κυνός. Θέρος, αἴθριον, θερμόν· πνίγεα μεγάλα. Ἐτησίαι δὲ σμικρὰ, διεσπασμένως ἔπνευσαν· πάλιν δὲ περὶ Ἀρκτοῦρον ἐν βορείοισιν ὕδατα πολλά. Γενομένου δὲ τοῦ ἔτεος ὅλου νοτίου, καὶ ὑγροῦ, καὶ μαλθακοῦ, κατὰ μὲν τὸν χειμῶνα, διῆγον ὑγιηρῶς, πλὴν τῶν φθινωδέων, περὶ ὧν γεγράψεται.

14. Πρὼ δὲ τοῦ ἦρος ἅμα τοῖσι γενομένοισι ψύχεσιν, ἐρυσιπέλατα πολλά, τοῖσι καὶ μετὰ προφάσιος, τοῖσι δ' οὐ· κακοήθεα, πολλοὺς ἔκτειναν.

nem intervallo, juxta æquinoctium, extremæ hyemis frigora adſuerunt, jamque ſub æquinoctium ipſum Aquilonares venti cum nivibus non ita diu ſpiravêre. Ver rurſus auſtrinum, à flatibus quietum, aquæ multæ & continentes ad Canem uſque. Æſtas ſerena, calida, æſtus præfocantes magni. Anniverſarii venti (Eteſias vocant) pauci disjunctim ſpiravêre. Sub Arcturum rurſus ſpirantibus Aquilonibus, aquæ multæ. Exiſtente igitur anno auſtrino, humido & leni, hyeme quidem ſalubriter agebant, præter tabidos, de quibus mox ſcribetur.

14. Ante ver autem unà cum frigoribus conſecutis ignes ſacri plurimi, partim quidem aliquâ de cauſâ, partim quidem ſine eâ contingebant, atque hi maligni quidem multos ſuſtulerunt.

 Multi

τεῖναν. Πολλοὶ φάρυγγας ἐπόνησαν· φωναὶ κακούμεναι· καῦσοι φρενιτικοί· στόματα ἀφθώδεα· αἰδοίοις φύματα· ὀφθαλμίαι· ἄνθρακες. Κοιλίαι ταραχώδεες· ἀπόσιτοι, διψώδεες· οἱ μὲν, οἱ δ' οὔ. Οὖρα ταραχώδεα, πουλλὰ, κακά. Κωματώδεες ἐπὶ πουλὺ, καὶ πάλιν ἄγρυπνοι· ἀκρισίαι πουλλαί· δύσκριτα· ὕδρωπες· φθινώδεες πουλλοί. Τὰ μὲν ἐπιδημήσαντα νουσήματα, ταῦτα. Ἑκάστου δὲ τῶν ἀπογεγραμμένων εἰδέων, ἦσαν οἱ κάμνοντες, καὶ ἔθνησκον πολλοί· ξυνέπιπτε δὲ ἐφ' ἑκάστοισι τουτέων ὧδε. Πολλοῖσι μὲν τὸ ἐρυσίπελας μετὰ προφάσιος ἐπὶ τοῖσι τυχοῦσι, καὶ πάνυ ἐπὶ σμικροῖσι τρωματίοισιν, ἐφ' ὅλῳ τῷ σώματι· μάλιστα δὲ, τοῖσι περὶ ἑξήκοντα ἔτεα περὶ

Multi ex faucibus laborabant, voces vitiatæ erant, febres ardentes unà cum phrenitide, ſerpentia oris ulcera, pudendorum tubercula, lippitudines, carbunculi. Alvi perturbatæ, cibos averſabantur, & hi quidem partim ſiticuloſi, partim ſine ſiti erant. Urinæ turbulentæ, multæ, malæ reddebantur. Sopore ut plurimùm detinebantur, rurſuſque pervigiles. Morborum ſolutiones prorſus nullæ partimque difficiles, aquæ inter cutem, tabidi multi. Atque hi quidem morbi populariter vulgabantur. Ex enumeratorum autem generum unoquoque laborabant multi & moriebantur plurimi, eorumque ſingulis hunc in modum accidit. Multis certè ignis ſacri occaſio ex contemnendis valdeque parvis ulcuſculis toto corpore oblata eſt, præcipuè verò ſexagenariis circum caput, vel

περὶ κεφαλὴν, εἰ καὶ σμικρὸν ἀμεληθείη. Πολλοῖσι δὲ καὶ ἐν θεραπείῃ ἐοῦσι, μεγάλαι φλεγμοναὶ ἐγίνοντο· καὶ τὸ ἐρυσίπελας, πολὺ, ταχὺ πάντοθεν ἐπενέμετο. Τοῖσι μὲν οὖν πλείστοισιν αὐτῶν ἀποστάσιες ἐς ἐμπυήματα συνέπιπτον· σαρκῶν, καὶ νεύρων, καὶ ὀστέων ἐκπτώσιες μεγάλαι. Ην δὲ καὶ τὸ ῥεῦμα τὸ ξυνιστάμενον οὐ πύῳ ἴκελον, ἀλλὰ σηπεδών τις ἄλλη, καὶ ῥεῦμα πολὺ, καὶ ποικίλον. Οἷσι μὲν οὖν περὶ κεφαλὴν τούτων τι ξυμπίπτῃ γίνεσθαι, μαδίσιες τε ὅλης τῆς κεφαλῆς ἐγίνοντο, καὶ τοῦ γενείου· καὶ ὀστέων ψιλώματα, καὶ ἐκπτώσιες, καὶ πολλὰ ῥεύματα. Εν πυρετοῖσί τε ταῦτα, καὶ ἄνευ πυρετῶν· ἦν δὲ ταῦτα φοβερώτερα, ἢ κακίω. Οἷσι

vel ſi quid paululum negligeretur. Nonnullis autem, etiam inter curationes ipſas, magnæ inflammationes contingebant, multuſque ignis ſacer celeriter ubique populabatur. Horum igitur plurimis abſceſſus ad ſuppurationes vertebant, carniumque & oſſium ac nervorum ex decidentiâ mutilationes magnæ fiebant. Neque verò contracta fluxio puri erat affinis, ſed aliud quoddam putredinis & fluxionis multæ ac variæ genus. Quibus itaque circa caput hujuſmodi aliquid contigit, totius capitis & menti glabrationes, oſſiumque denudationes & prolapſus acciderunt, multæque fluxiones fiebant, iſtaque partim in febribus, partim ſine his aderant. Atque hæc terrorem potiùs quàm periculum denuntiabant. Quibus namque talium

ὅτι γὰρ ἐς ἐμπύημα ὁ τῶν τοιούτων ἀφίκοιτο πεπασμὸς, οἱ πλεῖστοι τούτων ἐσώζοντο· οἷσι δὲ ἡ μὲν φλεγμονὴ, καὶ τὸ ἐρυσίπελας ἀπέλθοι, τοιαύτην δὲ ἀπόστασιν μηδεμίαν ποιήσαιτο, τούτων ἀπώλλυντο πολλοί. Ὁμοίως δὲ καὶ ὅποι ἄλλῃ τοῦ σώματος πλανηθῇ, ξυνέπιπτε ταῦτα. Πολλοῖσι μὲν γὰρ βραχίων, καὶ πῆχυς ὅλος περιεῤῥύη· οἷσι δ' ἐπὶ τὰ πλευρὰ ταῦτα ἐκακοῦτο, ἢ τῶν ἔμπροσθέν τι, ἢ τῶν ὄπισθεν· οἷσι δὲ ὅλος ὁ μηρὸς, ἢ τὰ περὶ κνήμην ἐψιλοῦτο, καὶ ποὺς ὅλος. Ἦν δὲ πάντων χαλεπώτατον τῶν τοιούτων, ὅτε περὶ ἥβην, καὶ αἰδοῖα γένοιτο. Καὶ τὰ μὲν περὶ ἕλκεα, καὶ μετὰ προφάσιος τοιαῦτα. Πολλοῖσι δὲ ἐν πυρετοῖσι, καὶ πρὸ πυρετοῦ, καὶ ἐπὶ

πυρετοῖσι

lium maturatione res ad ſuppurationem devenit, eorum plerique ſuperſtites evadebant. At verò quos inflammatio quidem ſacerque ignis reliquerat, nullumque hujuſmodi abſceſſum creaverat, ii frequentes periere. Similiter quoque & quâcunque corporis parte oberrârunt, iſta contigerunt. Multis ſiquidem brachium ac cubitus totus defluebat. Nonnullis verò iſta latera malè vexabant, aut anteriorum aut poſteriorum aliquid. Eſt ubi etiam femur integrum, aut tibia, aut pes totus denudabantur. Horum autem omnium graviſſimè urgebant quæ circum pubem pudendaque contingebant. Atque ea quidem fuit eorum, quæ cum ulcere aut occaſione aliquâ externâ contigerunt, conditio. Multis autem unà cum febribus ipſis, aut ante febrem, atque etiam poſt febres ip-

ſas

πυρετοῖσι ξυνέπιπτεν. Ἦν δὲ καὶ τούτων ὅσα μὲν ἀπόστασιν ποιήσαιτο διὰ τοῦ ἐκπυήματος, ἢ κατὰ κοιλίην ταραχή τις ἐπίκαιρος, ἢ χρηστῶν οὔρων διάδοσις γένοιτο, διὰ τούτων λελύσθαι· οἷσι δὲ μηδὲν τούτων ξυμπίπτοι, ἀσήμως δὲ ἀφανιζομένων, θανατώδεα γίνεσθαι. Πολὺ μὲν οὖν τοῖσι πλείστοισι ξυνέπιπτε τὰ περὶ τὸ ἐρυσίπελας, τοῦ ἦρος· παρείπετο δὲ καὶ διὰ τοῦ θέρεος, καὶ ὑπὸ φθινόπωρον. Πολλὴ δὲ ταραχή τισι, καὶ τὰ περὶ τὴν φάρυγγα φύματα, καὶ φλεγμοναὶ γλώσσης, καὶ τὰ παρ' ὀδόντας ἀποστήματα. Φωναί τε πολλοῖσιν ἐπεσήμαινον, κακούμεναι, καὶ κατίλλουσαι *· πρῶτον μὲν φθινώδεσιν ἀρχομένοισιν,

ſas inciderunt. Illud verò ipſis inerat, ut quæcunque per ſuppurationem abſcederent, ſi vel inſignis aliqua alvi perturbatio, aut probarum urinarum tranſmiſſio extitiſſet, per ea ipſa ſolutio procederet : ſin quibuſdam nihil horum contigiſſet, temerèque & ſine ullâ ſolutionis ſignificatione evaneſcerent, ea mortem inferebant. Longè igitur plurimos ſacer ignis verè appetivit, qui & per æſtatem & ſub autumnum conſequebatur. Magna verò perturbatio quibuſdam inerat, & ad fauces tubercula, linguæque inflammationes, & quæ ſecundum dentes abſcederent. Multiſque vocis vitiatæ & præpeditæ facta eſt ſignificatio, potiſſimè quidem his

* Alii legunt καταΐλλουσαι, aut κατιλλαίνουσαι, alii κατειλοῦσαι. Vide Foëſium.

σιν, ἀτὰρ καὶ τοῖσι καυσώδεσι, καὶ τοῖσι φρενιτικοῖσιν.

15. Ἤρξαντο μὲν οὖν οἱ καῦσοι, πρὸ τοῦ ἦρος, καὶ τὰ φρενιτικά, μετὰ τὰ γενόμενα ψύχεα· καὶ πλεῖστοι τηνικαῦτα διενόσησαν· ὀξέα δὲ τούτοισι καὶ θανατώδεα, ξυνέπιπτεν. Ἦν δὲ ἡ κατάστασις τῶν γενομένων καύσων, ὧδε· ἀρχόμενοι κωματώδεες, ἀσώδεες, φρικώδεες· πυρετὸς ὀξύς· οὐ διψώδεες λίην, οὐ παράληροι· ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξε μικρά. Οἱ παροξυσμοὶ τοῖσι πλείστοισιν, ἐν ἀρτίῃσι. Περὶ δὲ τοὺς παροξυσμοὺς, λήθη, καὶ ἄφεσις, καὶ ἀφωνίη· ἄκρεά τε τούτοισιν, αἰεὶ μὲν ψυχρότερα ποδῶν καὶ χειρῶν, πολὺ δὲ περὶ τοὺς παροξυσμοὺς μάλιστα· πάλιν τε βραδέως, καὶ

his qui tabeſcere cœpiſſent, atque etiam febre ardente detentis & phreneticis.

15. Cœperunt itaque febres ardentes & phrenitides ante ver, poſt ea quæ præceſſerunt frigora, plurimique tunc diu ægrotârunt gravibuſque & lethalibus caſibus conflictati ſunt. Erat autem febrium ardentium quæ obvenerant, conſtitutio hujuſmodi. Per initia ſopore detinebantur cum ſtomachi faſtidio & horroris ſenſu, febris acuta, neque magnopere ſitiebant aut delirabant. Ex naribus paucus ſtillavit ſanguis. Plurimos acceſſiones diebus paribus invadebant. Atque ſub ipſas acceſſiones oblivio, membrorum exolutio & vocis defectio contingebant. His quidem pedes ſummi & manus frigidiores evadebant, multóque maximè circa acceſſiones; deinde verò lentè nec probè

καὶ οὐ καλῶς ἀνεθερμαίνοντο· καὶ πάλιν κατενόουν, καὶ διελέγοντο. Κατεῖχε δὲ ἢ τὸ κῶμα ξυνεχὲς, οὐχ ὑπνῶδες· ἢ μετὰ πόνων ἄγρυπνοι. Κοιλίαι ταραχώδεες τοῖσι πλείστοισι τούτων, διαχωρήμασιν ὠμοῖσι, λεπτοῖσι, πολλοῖσιν· οὖρα πολλὰ, λεπτὰ, κρίσιμον, οὐδὲ χρηστὸν οὐδὲν ἔχοντα. Οὐδὲ ἄλλο κρίσιμον οὐδὲν τοῖσιν οὕτως ἔχουσιν ἐγένετο, οὔτε γὰρ ἡμοῤῥαγίη καλῶς, οὔτέ τις ἄλλη τῶν εἰθισμένων ἀπόστασις ἐγίνετο κρίσιμος· ἔθνησκόν τε ἕκαστος, ὡς τύχοι πεπλανημένως τὰ πολλὰ, περὶ τὰς κρίσιας. Ἐκ πολλοῦ δέ τινες ἄφωνοι, ἱδροῦντες πολλοί. Τοῖσι μὲν ὀλεθρίως ἔχουσι, ξυνέπιπτε ταῦτα. Παραπλήσια δὲ καὶ τοῖσι

probè recaleſcebant, rurſuſque ad intelligentiam redibant & loquebantur. Eos autem aut perpetuus ſopor non ſomnolentus detinebat, aut vigiliæ cum laboribus. Horum pleriſque alvus retrimentis crudis, tenuibus, multis turbabatur. Urinæ multæ, tenues, neque judicatorii neque boni quicquam habebant. Neque aliud quicquam in ita affectis decernebat, neque enim ritè ſanguis è naribus profluebat, neque aliud quicquam eorum, quæ abſcedere nata ſunt, judicatione tentabatur, moriebaturque unuſquiſque, utì ſors ferebat, vago & incerto ordine, plerunque circa judicationes, quidam verò longiùs producti cum vocis defectione, nonnulli etiam cum ſudoribus. Quæ quidem his, qui pernicioſè haberent, contingebant. Quin & ſimilia phreneticis

τοῖσι φρενιτικοῖσιν· ἄδιψοι δὲ πάνυ οὗτοι ἦσαν· οὐδ' ἐξεμάνη τῶν φρενιτικῶν οὐδεὶς, ὥσπερ ἐπ' ἄλλοισιν· ἀλλ' ἄλλῃ τινὶ καταφορῇ κακῇ νωθρῇ, βαρέως ἀπώλλυντο.

16. Ησαν δὲ καὶ ἄλλοι πυρετοὶ, περὶ ὧν γεγράψεται. Στόματα πολλοῖσιν ἀφθώδεα, ἑλκώδεα· ῥεύματα περὶ τὰ αἰδοῖα πολλά· ἑλκώματα, φύματα, ἔξωθεν, ἔσωθεν· τὰ περὶ βουβῶνας· ὀφθαλμίαι ὑγραὶ, μακροχρόνιαι, μετὰ πόνων· ἐπιφύσιες βλεφάρων ἔξωθεν, ἔσωθεν, πολλῶν φθείρουσαι τὰς ὄψιας, ἃς Σῦκα ἐπονομάζουσιν. Εφύετο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἑλκέων πολλὰ, καὶ αἰδοίοισιν· ἄνθρακες πολλοὶ κατὰ θέρος, καὶ ἄλλα, ἃ σὴψ καλέεται, ἐκθύματα μεγάλα·

ticis fiebant. Atque hi omnino ſine ſiti erant. Neque phreneticorum quiſpiam vehementer inſanivit, ſicut in cæteris uſuvenire ſolet, ſed ex malâ aliâ quâdam & languidâ in ſomnum degravatione graviter peribant.

16. Aliæ inſuper etiam febres viguerunt, de quibus mox ſcribetur. Multis os ſerpentibus ulceribus affectum ulceroſumve fuit, fluxiones ad pudenda multæ, exulcerationes, tubercula intus & extrà circum inguina. Lippitudines humentes, longæ, diuturnæ, non ſine doloribus, palpebris foris & intus adnaſcebantur quædam, quæ multorum aciem perderent, Ficos nominant. Enaſcebantur verò cùm aliis in ulceribus multa, tum in pudendis. Carbunculi æſtate multi, atque alia quæ putredinis nomine donantur, puſtulæ magnæ. Serpentia ulcera

γάλα· ἕρπητες πολλοῖσι μεγάλοι. Τὰ δὲ κατὰ κοιλίην πολλοῖσι πολλὰ, καὶ βλαβερὰ ξυνέβαινε. Πρῶτον μὲν τεινεσμοὶ πολλοῖσιν ἐπιπόνως· πλείστοισι δὲ παιδίοισι, καὶ πᾶσιν, ὅσοι πρὸ ἥβης· καὶ ἀπώλλυντο τὰ πλεῖστα τούτων. Λειεντερικοὶ πολλοί, δυσεντερικοί· οὐδ' οὗτοι λίην ἐπιπόνως· τὰ δὲ χολώδεα, καὶ λιπαρὰ, καὶ λεπτὰ, καὶ ὑδατώδεα. Πολλοῖσι μὲν αὐτὸ τὸ νόσημα ἐς τοῦτο κατέσκηψεν, ἄνευ τε πυρετῶν, καὶ ἐν πυρετοῖσι. Μετὰ πόνων στρόφοι, καὶ ἀνειλήσιες κακοήθεες· τῶν πολλῶν ἐνεόντων τε καὶ ἐπισχόντων διέξοδοι· τά τε διεξιόντα, πόνους οὐ λύοντα. Τοῖσι δὲ προσφερομένοισι δυσκόλως ὑπακούοντα· καὶ γὰρ αἱ καθάρσιες τοὺς πλείστους

cera pleriſque magna. Quantum autem ad alvum ſpectabat, pleriſque circa eam multa & noxia evenere. Primùm quidem crebræ & inanes egerendi voluntates multis moleſtæ, imprimis verò pueris atque iis omnibus qui pubertatem nondum attigerant, eorumque plurimi peribant. Multi inteſtinorum lævitate vexabantur, quidam difficultate inteſtinorum, neque hi admodum moleſtè. Alvus autem bilioſa, & pinguia, & tenuia, & liquida demittebat, ac multis quidem eo morbus ipſe decubuit, tum circa febres, tum in febribus. Tormina cum doloribus aderant, itemque convolutiones malignæ. Multis in corpore exiſtentibus ac ſuppreſſis exitus. At neque exeuntia dolores tollebant. Atque ad ea quæ adhibebantur non facilè habebant. Purgationes nempe plurimos

πλείστους προσέβλαπτον. Τῶν δὲ οὕτως ἐχόντων, πολλοὶ μὲν ὀξέως ἀπώλλυντο· πολλοῖσι δὲ καὶ μακρότερα διῆγεν. Ὡς δ᾽ ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι, πάντες καὶ οἱ τὰ μακρὰ νοσέοντες καὶ οἱ τὰ ὀξέα, ἐκ τῶν κατὰ κοιλίην ἀπέθνησκον μάλιστα· πάντας γὰρ, κοιλίη συναπήνεγκεν. Ἀπόσιτοι δὲ πάντες μὲν ἐγίνοντο καὶ ἐπὶ πᾶσι τοῖσι προγεγραμμένοισιν, οἷς ἐγὼ οὐδεπώποτε ἐνέτυχον· πολλοὶ δὲ μάλιστα αὐτοὶ, καὶ οἱ ἐκ τοιούτων· καὶ ἐκ τῶν ἄλλων δὲ, οἱ καὶ ὀλεθρίως ἔχοιεν. Διψώδεες, οἱ μὲν, οἱ δὲ οὔ· τῶν ἐν πυρετοῖσι καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν, οὐδεὶς ἀκαίρως, ἀλλ᾽ ἦν κατὰ ποτὸν διαιτᾷν, ὡς ἤθελες. Οὖρα δὲ πολλὰ μὲν, τὰ διεξιόντα ἦν, οὐκ ἐκ τῶν προσφερομένων ποτῶν,

magis offendebant. Eorum verò qui ita habebant plerique quidem ſubitò moriebantur, multi etiam diutiùs perdurabant. Atque ut ſemel abſolvam, tum qui diuturnis, tum qui acutis tentabantur morbis, ex ventris vitio omnes ferè periere. Omnes namque venter pariter ſuſtulit. Omnes autem in quos ſanè incidi, ob præſcriptos omnes morbos quibus vexabantur, cibos equidem averſabantur. Plerique verò præcipuéque hi ipſi, & qui eodem modo affecti erant, ſed & ex aliis qui etiam perniciosè haberent. Siticuloſi partim quidem erant, partim verò ſiti vacui. Ex his quos febris aliaque vexabant, nullus intempeſtivè potum ſumpſit, ſed quoad potionem, licebat eam inſtituere vivendi rationem quam velles. Urinæ autem copioſæ prodibant, neque potioni

τῶν, ἀλλὰ πολλὸν ὑπερβάλλοντα. Πολλὴ δέ τις καὶ τῶν οὔρων κακότης ἦν τῶν ἀπιόντων· οὔτε γὰρ πάχος, οὔτε πεπασμοὺς, οὔτε καθάρσιας χρηστὰς εἶχεν. Ἐπὶ πολλοῖσι γὰρ αἱ κατὰ κύστιν καθάρσιες χρησταὶ γινόμεναι, ἀγαθόν· ἐσήμαινον δὲ τοῖσι πλείστοισι, συντῆξιν, καὶ ταραχὴν, καὶ πόνους, καὶ χρόνους, καὶ ἀκρισίας. Κωματώδεες δὲ μάλιστα οἱ φρενιτικοὶ, καὶ οἱ καυσώδεες ἦσαν· ἀτὰρ καὶ ἐπὶ τοῖσιν ἄλλοισι νουσήμασι πᾶσι τοῖσι μεγίστοισιν, ὅτι μετὰ πυρετοῦ γίνοιτο. Διὰ παντὸς δὲ τοῖσι πλείστοισιν, ἢ βαρὺ κῶμα παρείπετο, ἢ μικροὺς καὶ λεπτοὺς ὕπνους κωμᾶσθαι.

17. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πυρετῶν ἐπεδήμησεν εἴδεα, τριταίων, τεταρταίων, νυκτερινῶν, ξυνε-

χέων,

tioni ingeſtæ reſpondebant, verùm plurimùm ſuperabant, multúmque etiam vitioſæ erant urinæ redditæ. Nam neque craſſitudinem, neque concoctionem habebant, neque probè expurgabantur. In multis namque probæ per veſicam expurgationes bono ſunt. Plurimis verò colliquationem perturbationemque, & dolores, & moram, & judicationis ceſſationem portendebant. Sopore autem detinebantur, imprimis quidem phrenetici & qui febre ardente laborabant, quinetiam cæteris in omnibus maximis morbis, quòd cum febre contingerent. Omnino verò pleroſque aut gravis ſopor comitabatur, aut tenues & parvi ſomni.

17. Multa alia præterea paſſim vulgata ſunt febrium genera, tertianæ, quaternæ, nocturnæ,

 aſſiduæ,

χέων, μακρῶν, πεπλανημένων, ἀσωδέων, ἀκαταστάτων· ἅπαντες δὲ οὗτοι, μετὰ πολλῆς ἐγίνοντο ταραχῆς. Κοιλίαι τε γὰρ τοῖσι πλείστοισι ταραχώδεες· φρικώδεες· ἱδρῶτες οὐ κρίσιμοι· καὶ τὰ τῶν οὔρων, ὡς ὑπογέγραπται. Μακρὰ δὲ τοῖσι πλείστοισι τουτέων· οὐδὲ γὰρ αἱ γινόμεναι τουτέοισιν ἀποστάσιες ἔκρινον, ὥσπερ ἐπὶ τοῖσιν ἄλλοισι. Δύσκριτα μὲν πᾶσι πάντα ἐγίνετο, καὶ ἀκρισίαι, καὶ χρόνια· πολὺ δὲ μάλιστα τουτοισιν. Ἔκρινε δὲ τουτέων ὀλίγοισι, περὶ ὀγδοήκοντα· τοῖσι δὲ πλείστοισιν, ὡς ἔτυχεν, ἐξέλιπεν. Ἔθνησκον δὲ τουτέων ὀλίγοι ὑπὸ ὕδρωπος, ὀρθοστάδην. Πολλοῖσι δὲ καὶ ἐπὶ τοῖσιν ἄλλοισι νουσήμασιν, οἰδήματα παρώχλει· πολὺ δὲ μάλιστα τοῖσι φθινώδεσι.

18. Μέ-

aſſiduæ, diuturnæ, incertæ & vagæ, implacidæ, inconſtantes. Atque hæ omnes non ſine multâ perturbatione contingebant. Pleriſque etenim alvus cum horroris ſenſu turbabatur, ſudores nihil decernebant, urinæque, quales ſuprà deſcripſimus. Eorum verò pleriſque hæc erant diuturna. Neque enim decernebant quæ iis ipſis abſcedebant, quod cæteris uſu venire ſolet. Omnino quidem omnibus difficiles erant judicationes, aut nullæ, aut diuturnæ, his verò quàm maximè. Atque horum pauci circa octogeſimum diem judicatione abſolvebantur, magnâ autem ex parte iis temerè defecerunt. Horum etiam pauci ex aquâ inter cutem moriebantur erecti & ſtantes. Pleroſque verò etiam præter alios morbos tumores agitabant, ac præ cæteris tabidos.

18. Maximè

18. Μέγιστον δὲ καὶ χαλεπώτατον, καὶ πλείστους ἔκτεινε τὸ φθινῶδες· πολλοὶ γὰρ τινὲς ἀρξάμενοι κατὰ χειμῶνα, πολλοὶ μὲν κατεκλίθησαν· οἱ δὲ αὐτέων ὀρθοστάδην ὑπέφερον. Τὸ περὶ δὲ τοῦ ἦρος ἔθνησκον οἱ πλεῖστοι τῶν κατακλιθέντων· τῶν δὲ ἄλλων, ἐξέλιπον μὲν αἱ βῆχες οὐδενὶ, ὑφίεσαν δὲ κατὰ θέρος· ὑπὸ δὲ τὸ φθινόπωρον, κατεκλίθησαν πάντες, καὶ πολλοὶ ἔθνησκον· μακρὰ δὲ τούτων οἱ πλεῖστοι διενόσεον. Ἤρξατο μὲν οὖν τοῖσι πλείστοισι τούτων ἐξαίφνης ἐκ τούτων, κακοῦσθαι· φρικώδεες πυκνά· πολλάκις πυρετοὶ ξυνεχέες, ὀξέες· ἱδρῶτές τε ἄκαιροι· πολλοὶ ψυχροὶ διὰ τέλεος, πολλὴ ψύξις· καὶ μόλις πάλιν ἀναθερμαινόμενοι. Κοιλίαι ποικίλως ἐφεστάμεναι, καὶ πάλιν ταχὺ καθυγραινόμεναι· καὶ τῶν περὶ

18. Maximè autem & graviſſimè afflixit tabes, plurimoſque interemit. Nempe cùm multis ad hyemem cœpiſſet, hi magnâ ex parte decubuerunt, partim verò erecti & ſtantes pertulerunt. Ineunte autem vere eorum qui decubuerant plerique perierunt, reliquorum verò nullum tuſſes reliquerunt, verùm æſtate remiſerant. At ſub Autumnum omnes decubuerunt, multique interierunt, eorum verò plerique diu traxerunt. Horum itaque plurimi, ex his derepente peſſimè affligi cœperunt, crebri erant horrores, plerumque febres aſſiduæ, acutæ, ſudores etiam intempeſtivi, multi, continenter frigidi, refrigeratio multa, vixque recaleſcebant. Alvi variis modis ſubſiſtentes, rurſuſque illico lubricæ, atque eorum quæ pulmones

περὶ πλεύμονα πάντων διάδοσις κάτω. Πλῆθος οὔρων, οὐ χρηστῶν· ξυντήξιες κακαί· αἱ δὲ βῆχες ἐνῆσαν μὲν διὰ τέλεος πολλαὶ, καὶ πολλὰ ἀνάγουσαι πέπονα, καὶ ὑγρά· μετὰ πόνων δὲ οὐ λίην. Ἀλλ' εἰ καὶ ὑπεπόνεον, πάνυ πρηέως πᾶσιν ἡ κάθαρσις ἡ ἀπὸ πλεύμονος ἐγίνετο· φάρυγγες οὐ λίην δακνώδεες, οὐδὲ ἁλμυρίδες οὐδὲν ἠνώχλεον· τὰ μέντοι γλίσχρα, καὶ λευκὰ, καὶ ὑγρὰ, καὶ ἀφρώδεα πολλὰ ἀπὸ κεφαλῆς κατῄει. Πολὺ δὲ μέγιστον κακὸν παρείπετο καὶ τούτοισι καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τὰ περὶ τὴν ἀποσιτίην, καθάπερ ὑπογέγραπται· οὐδὲ γὰρ ποτῶν μετὰ τροφῆς ἡδέως εἶχον, ἀλλὰ πάνυ διῆγον ἀδίψως. Βάρος σώματος· κωμα-

pulmones offendebant per inferna tranſmiſſio. Urinarum illaudatarum abundantia, corporis extenuationes malæ. Tuſſes autem omninò quidem multæ aderant, multaque cocta & liquida educebant, neque verò admodum laborioſè. Quod ſi etiam quadantenus laborarent, rurſus tamen valde placidè & molliter omnis ex pulmone purgatio procedebat, fauces non admodum mordebantur, neque ſalſugines quicquam infeſtabant. Viſcida nihilominùs & alba, liquidaque & ſpumoſa multa ex capite deſcendebant. Longè verò maximum malum tum hos tum etiam cæteros comitabatur, ciborum faſtidium, utì paulò antè ſcriptum eſt. Nam neque ad potionem neque ad cibum alacriter habebant, ſed valde ſiti vacui degebant. Corporis gravitas inerat, & ſopore detinebantur.

κωματώδεες· τοῖσι πλείστοισιν αὐτέων οἴδημα, καὶ ἐς ὕδερωπα περιΐστατο· φρικώδεες, παράληροι περὶ θάνατον.

19. Εἶδος δὲ τῶν φθινωδέων ἦν, τὸ λεῖον, τὸ ὑπόλευκον, τὸ φακῶδες, τὸ ὑπέρυθρον, τὸ χαροπὸν, λευκοφλεγματίαι, πτερυγώδεες, καὶ γυναῖκες οὕτω· τὸ μελαγχολικόν τε, καὶ ὕφαιμον. Οἱ καῦσοι, καὶ τὰ φρενιτικὰ, καὶ τὰ δυσεντεριώδεα τούτων ἥπτετο· τεινεσμοὶ νέοισι· φλεγματώδεσιν αἱ μακραὶ διάῤῥοιαι· καὶ τὰ δριμέα διαχωρήματα, καὶ λιπαρὰ πικροχόλοισιν.

20. Ην δὲ πᾶσι τοῖσιν ὑπογεγραμμένοισι, χαλεπώτατον μὲν, τὸ ἔαρ, καὶ πλείστους ἀπέκ-

τεινε·

tur. Ac ferè omnes tumoribus corripiebantur, & in aquam inter cutem evadebant. Horrore concutiebantur, & ſub mortem delirabant.

19. Erat autem tabidorum ſpecies ex iis qui glabri erant, ſubalbidi, lentis colorem referentes, ſubrubri, cæſiis oculis, pituitâ albâ redundantes, & quibus ſcoptula operta alarum inſtar à tergo extabant atque prominebant, mulieresque eodem modo ſe habebant. Itidem & qui ad atram bilem generandam eſſent idonei, & ſubſanguinei. Atque hos febres ardentes & phrenitides, & inteſtinorum difficultates tentabant. Juvenes crebræ & inanes egerendi cupiditates, pituitoſos longa alvi profluvia, acria & pinguia ventris recrementa bilioſos vexabant.

20. Omnibus autem quos paulò ſuprà deſcripſimus, ver quidem erat moleſtiſſimum pluri-

rimoſque

τεινε· τὸ δὲ θέρος ῥήϊστον, καὶ ἐλάχιστοι ἀπώλλυντο· τοῦ δὲ φθινοπώρου, καὶ ὑπὸ Πληϊάδα πάλιν ἔθνησκον οἱ πολλοὶ τεταρταῖοι. Δοκέει δέ μοι προσωφελῆσαι κατὰ λόγον τὸ γενόμενον θέρος· τὰς γὰρ θερινὰς νούσους χειμὼν ἐπιγενόμενος λύει· καὶ τὰς χειμερινὰς θέρος ἐπιγενόμενον μεθίστησι. Καί τοι αὐτόγε ἐπὶ ἑωυτοῦ τὸ γενόμενον θέρος, οὐκ εὐσταθὲς ἐγένετο, ἀλλ' ἐξαίφνης θερμὸν, καὶ νότιον. Καὶ ἄπνοον· ἀλλ' ὅμως πρὸς τὴν ἄλλην κατάστασιν μεταλλάξαν, ὠφέλησε.

21. Μέγα δὲ μέρος ἡγεῦμαι τῆς τέχνης εἶναι τὸ δύνασθαι σκοπεῖν, καὶ περὶ τῶν γεγραμμένων ὀρθῶς· ὁ γὰρ γνοὺς, καὶ χρεόμενος τούτοις, οὐκ ἄν μοι δοκέῃ μέγα σφάλλεσθαι ἐν τῇ τέχνῃ. Δεῖ

δὲ

rimoſque ſuſtulit. Æſtas verò placidiſſima, miniméque multi perierunt. Per autumnum rurſus & ſub Vergilias, multi interierunt quartanâ febre detenti. Mihi porrò videtur æſtas illa meritò multùm profuiſſe. Æſtivos namque morbos ſuccedens bruma ſolvit, & brumales adveniens æſtas dimovit. Quamquam quæ tunc fuit æſtas ex ſeſe non ſatis ſuæ naturæ conſtabat, verùm derepente calida, auſtrina, & à ventis ſilens fuit, nihilominus tamen ad aliam temporis conditionem mutata profuit.

21. Per verò magni in arte æſtimo poſſe de iis, quæ ſcripſimus, cogitationem rectè ſuſcipere. Eorum namq; uſum qui callucrit, is mihi non magnoperè videtur in arte aberrare poſſe.

Exactè

δὲ καταμανθάνειν ἀκριβῶς τὴν κατάστασιν τῶν ὡρέων ἑκάστην, καὶ τὸ νόσημα· ἀγαθὸν ὅ, τι κοινὸν ἐν τῇ καταστάσει, ἢ ἐν τῇ νούσῳ· κακὸν ὅ, τι κοινὸν ἐν τῇ καταστάσει, ἢ ἐν τῇ νούσῳ· μακρὸν ὅ, τι νόσημα, καὶ θανάσιμον· μακρὸν ὅ, τι, καὶ περιεστηκός· ὀξὺ, ὅ, τι θανάσιμον· ὀξὺ, ὅ, τι περιεστηκός· τάξιν τῶν κρισίμων· ἐκ τούτων σκοπεῖσθαι, καὶ προλέγειν ἐκ τούτων εὐπορεῖται. Εἰδότι περὶ τούτων ἐστὶν εἰδέναι, οὓς, καὶ ὅτε, καὶ ὡς δεῖ διαιτᾷν.

ΕΚΚΑΙ-

Exactè autem tenere oportet propriam cujuſque temporum anni conditionem, & ſtatum, morbumque ipſum, & quidnam boni commune ſit conſtitutioni cum morbo, quidnam & mali conſtitutio, aut morbus inter ſe commune habeant. Et quiſnam morbus diuturnus ſit & exitium afferat, aut quiſnam diuturnus & ex quo ægri evadant: Et quiſnam præceps & exitialis, aut quiſnam præceps & ſalutaris. Atque ex his ipſis tum judicatoriorum dierum feries obſervanda eſt, tum etiam prædicendi facultas ſuppetit. Ac in his exercitatio proclive eſt inſtituendæ victûs rationis tempus & modum cognoſcere, & quibuſnam ea præſcribenda ſit.

ΕΚΚΑΙΔΕΚΑ ΑΡΡΩΣΤΟΙ.

ΠΡΩΤΟΣ.

22. ΕΝ Θάσῳ τὸν τοῦ Παρίωνος, ὃς κατέκειτο ὑπὲρ Ἀρτεμισίου, πυρετὸς ἔλαβεν ὀξὺς· κατ' ἀρχὰς δὲ ξυνεχής· καυσώδης, διψώδης· ἀρχόμενος κωματώδης, καὶ αὖθις ἄγρυπνος· κοιλίη ταραχώδης ἐν ἀρχῇσιν· οὖρα λευκά. Ἕκτῃ, οὔρησεν ἐλαιῶδες· παρέκρουσεν. Ἑβδόμῃ, παρωξύνθη πάντα· οὐδὲν ἐκοιμήθη· ἀλλ' οὖρα τε ὅμοια, καὶ τὰ τῆς γνώμης ταραχώδεα· ἀπὸ δὲ κοιλίης, χολώδεα, λιπαρὰ διῆλθεν. Εἶτα τῇ ὀγδόῃ, σμικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν·

ÆGROTI SEXDECIM.

PRIMUS.

22. PArii filius in Thaſo, qui ſupra Dianæ fanum decumbebat, febre acutâ correptus eſt, ſtatim quidem aſſiduâ, ardente, ſiticuloſâ. Per exordia ſopore detinebatur, rurſuſque vigiliis vexabatur. Alvus inter initia turbulenta, urinæ albæ. Die ſexto, oleoſam urinam reddidit, deliravit. Septimo, exacerbata ſunt omnia, non dormivit. Quin & urinæ ſimiles & mens perturbata. Ex alvo verò biliosa & pinguia prodière. Octavo deinceps, parum ex naribus ſtillavit, vomitione refuſa ſunt

στάξεν· ἤμεσεν ἰώδεα, ὀλίγα· σμικρὰ ἐκοιμήθη. Ἐνάτη, διὰ τῶν αὐτῶν. Δεκάτη, πάντα ξυνέδωκεν. Ἑνδεκάτη, ἵδρωσεν, οὐ δι' ὅλου· περιέψυξε μὲν, ταχὺ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη. Δωδεκάτη, πυρετὸς ὀξὺς, διαχωρήματα χολώδεα, λεπτὰ, πολλά· οὔροισιν ἐναιώρημα· παρέκρουσεν. Ἑπτακαιδεκάτη, ἐπιπόνως· οὔτε γὰρ ὕπνοι, ὅτε πυρετὸς ἐπέτεινεν. Εἰκοστῇ, ἵδρωσε δι' ὅλου· ἄγρυπνος· διαχωρήματα χολώδεα· ἀπόσιτος, κωματώδης. Εἰκοστῇ καὶ τετάρτῃ, ὑπέστρεψε. Τριακοστῇ καὶ τετάρτῃ, ἄπυρος· κοιλίη οὐ συνίστατο· καὶ πάλιν ἀνεθερμάνθη. Τεσσαρακοστῇ, ἄπυρος· κοιλίη ξυνέστη χρόνον οὐ συχνόν· ἀπόσιτος· σμικρὰ πά-

λιν

ſunt virulenta, pauca, aliquantulùm quievit. Nono, eadem perſeveravêre. Decimo, cuncta remiſerunt. Undecimo, ſudor, ſed non toto corpore dimanavit. Corporis quidem ſumma perfrixerunt, ſed mox recaluit. Duodecimo, graviter febricitavit, alvi recrementa bilioſa, tenuia, copioſa. In urinis ſuſpenſum quid in medio innatans inerat, deliravit. Decimo ſeptimo, permoleſtè habuit. Nam neque ſomni aderant, & febris intendebatur. Vigeſimo, ſudor undique profluxit, pervigil fuit, dejectiones bilioſæ, cibum averſabatur, ſopore detentus eſt. Vigeſimo quarto, recidiva contigit. Trigeſimo quarto, à febre immunis fuit, alvus non ſubſtitit, moxque recaluit. Quadrageſimo, ſine febre, alvus non diu ſubſtitit, cibum averſabatur, rurſus aliquantulùm febricitavit, idque

λιν ἐπύρεσσε, καὶ διὰ παντὸς πεπλανημένως· ἄπυρος, τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ. Εἰ γάρ τοι διαλείποι καὶ διακουφίσειεν, πάλιν ὑπέστρεφε. Σιτίοισί τε πολλοῖσι, καὶ φαύλοισι προσεχρῆτο· ὕπνοι κακοὶ περὶ τὰς ὑποστροφάς· παρέκρουσεν. Οὖρα παχέα μὲν ἔχοντα οὔρει τηνικαῦτα, ταραχώδεα δὲ, καὶ πονηρά· καὶ κατὰ κοιλίην συνιστάμενα, καὶ πάλιν διαλυόμενα· πυρέτια ξυνεχέα· διαχωρήματα πολλὰ, λεπτά. Ἐν δὲ τῇ ἑκατοστῇ καὶ εἰκοστῇ ἡμέρῃ, ἀπέθανε. Τούτῳ κοιλίη ξυνεχέως ἀπὸ τῆς πρώτης ὑγρὴ χολώδεσιν, ὑγροῖσι, πολλοῖσιν ἦν, ἢ ξυνισταμένη ἐν ζέουσι, καὶ ἀπέπτοισιν· οὖρα διὰ τέλεος κακά· κωματώδεα τὰ πλεῖστα μετὰ πόνων· ἄγρυπνος, ἀπόσιτος· ξυνεχέως καῦσος.

perpetuò inordinatè, partim quidem à febre liber, partim verò non. Nam ſi quando intermitteret allevaretque, ſtatim repetebat. Cibariis etiam multis, vilibus & vitioſis utebatur. Circa recidivas ſomni mali, deliravit. Urinas tunc reddebat craſſas quidem, verùm turbulentas & pravas. Ex alvo coacta, moxque diffluentia demittebantur. Febriculæ aſſiduæ aderant, dejectiones multæ, tenues. Centeſimo & vigeſimo die, defunctus eſt. Huic alvus ab initio continenter bilioſis, liquidis, multis diffluebat, aut ſi conſiſteret, fervida & cruda dejiciebat. Urinæ per totum morbum malæ. Sopore ferè detinebatur, nec ſine doloribus, eratque inſomnis, cibos averſabatur, aſſiduéque febris ardens vexabat.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

IN hoc ægroto qui quatuor menſes duravit, paucorum tantummodo dierum ſymptomata numerantur. Ergo non niſi generalia febris præſagia hinc eruenda ſunt, viz. morbi periculum, diuturnitas, & exitus. Periculum morbi imprimis oſtendunt vigiliæ (1) & coma cum alvo liquida (2); nec fauſta magis indicia de ſe præbuit urina continuò mala, alba ſcilicet (3), vel oleoſa (4), vel turbida (5). Idem reſonat alvi ſtatus, humida nempe (6), bilioſa, & aquoſa; vel ſi conſtitit, fervida & cruda demittentis (7). Ejuſdem omnino proſapiæ eſt appetitus proſtratio (8). Nec toto morbi decurſu, minimum bonæ ſpei ſymptoma, præter ea quæ morbi diuturnitatem præ ſe ferebant, illuxit, viz. frequentes indicationes imperfectæ (9), ut alvi fluxus ſæpe repetentes, vomitus & ſudores. Idem crebræ frigoris & caloris mutationes denotant (10). Undecimo perfrixit, & rurſus ſtatim recaluit; vigeſimo remiſit febris, vigeſimo quarto revertit; trigeſimo quarto ἄπυρος, rurſus recaluit; quadrageſimo ἄπυρος, rurſus febricitavit; & ab hoc tempore inordinatè omnino morbus proceſſit. Mutationes autem non tantum ratione frigoris & caloris, ſed univerſim ferè in reliquis phænomenis obtinebant, viz. urina nunc alba (11), nunc oleoſa, & craſſa, & turbida; alvus nunc fluida, nunc conſiſtens; & ut uno verbo dicam, vigiliæ & coma

ma alternatim præſidebant. Ex dictis patet, morbi longitudinem & periculum prævideri potuiſſe; nec dubito, quin eâdem certitudine prævidenda fuiſſet fatalis dies, ſi quotidiana ſymptomata ad finem uſque recenſita fuiſſent: Die enim legitimo, & decretoriorum ultimo, ægrotus animam efflavit.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα τοῦ μετρίου μᾶλλον γενόμενα, κακόν.

2. Οἷσι κῶμα γίνεται, ἐπαφρῶν προσδιελθόντων, πυρετὸς παροξύνεται ὀξύς.

Καὶ τοῖσι κωματώδεσι νεωθρυμμένοισι ὑγρὸν διαχώρημα, κάκιστον.

3. Ὁκόσοισιν οὖρα διαφανέα, λευκά, πονηρά. Μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐπιφαίνεται.

4. Καὶ τὰς λιπαρότητας δὲ τὰς ἄνω ἐφισταμένας, ἀραχνοειδέας, μέμφεσθαι.

1. Somnus, vigiliæ, utraque modum excedentia, malum. Aph. S. 2. No. 3.

2. Quibus ſopor fit ſpumoſis prodeuntibus, his febris exacerbatur acuta. Prædict. S. 12. L. 1.

Et ſoporoſis torpefactis liquida egeſtio, peſſima eſt. Co. S. 6. No. 39.

3. Quibus urinæ pellucidæ albæ, malæ. Maximè autem in phreniticis obſervantur. Aph. S. 4. No. 72.

4. Sed & pinguetudines ſupernè inſtantes, araneorum telis ſimiles, damnare

μέμφεσθαι. Ξυντήξιος γὰρ σημεῖα.

damnare oportet. Colliquationis enim ſunt ſigna. Prænot. S. 12.

5. Πάνυ γὰρ τὰ δασέα οὖρα, καὶ ἀναλελαραγμένα, σημεῖον ἀκριβὲς κεφαλαλγίης, καὶ σπασμοῦ, καὶ θανάτου.

5. Omnino enim denſæ & conturbatæ urinæ certum ſignum ſunt doloris capitis, convulſionis, & mortis. M. Pop. P. 874.

6. Αἱ ἀποχρέμψιες αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι μὴ διαλείπουσιν αἱ πελιδναὶ, καὶ αἱματώδεες, καὶ δυσώδεες, καὶ χολώδεες, πᾶσαι κακαί. Ἀποχωρεῦσαι δὲ καλῶς, ἀγαθαί. Καὶ κατὰ τὰς διαχωρήσιας, καὶ κατὰ τὰ οὖρα.

6. Excreationes in febribus non intermittentibus lividæ, &cruentæ, & graveolentes, & biliofæ, omnes malæ ſunt. At probè ſecedentes, bonæ. Et eadem ratio eſt quoad alvi egeſtiones, & quoad urinas. Aph. S. 4. No. 47.

7. Πεπασμοὶ ταχύτητα κρίσιος, καὶ ἀσφαλείην ἐς ὑγείην σημαίνουσιν. Ὠμὰ δὲ, καὶ ἄπεπτα, καὶ ἐς κακὰς ἀποστάσιας τρεπόμενα, ἀκρισίας, ἢ πόνους, ἢ χρόνους, ἢ θανάτους, ἢ τῶν αὐτῶν ὑποστροφάς. Ὅ τι δὲ τουτέων ἔσται μάλιστα, σκέπτεον ἐξ ἄλλων.

7. Concoctiones celeritatem judicationis, & ſecuritatem ſanitatis promittunt. Cruda verò, & inconcocta, & in malos abſceſſus converſa, aut imperfectas judicationes, aut dolores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut eorundem recidivas. Quod verò ex his potiſſimùm futurum ſit, ex aliis conſiderandum eſt. M. Pop. P. 661.

8. Ἐν

8. In

8. Ἐν πάσῃ νόσῳ τὸ ἐῤῥῶσθαι τὴν διάνοιαν, καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν. Τὸ δὲ ἐναντίον, κακόν.

8. In omni morbo mente valere, & bene ſe habere ad ea quæ offeruntur, bonum eſt. Contrarium verò malum. Aph. S. 2. No. 33.

9. Κρίσιες δὲ καὶ ἀφέσιες τῶν καυσὸν σημαινόντων, μακροτέρα ἡ νόσος.

9. Judicationes & remiſſiónes eorum quæ febrem ardentem ſignificant, longiorem morbum faciunt. Judicat. S. 4.

10. Καὶ ὅκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ ἢν τὸ σῶμα καταψύχηται, ἢ αὖθις θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνηται, μῆκος νόσου σημαίνει.

10. Et ubi in toto corpore mutationes fiunt, & ſi corpus perfrigeretur, aut rurſus calefiat, aut color alius ex alio oriatur, morbi longitudinem ſignificant. Aph. S. 4. No. 40.

11. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐὰν μεταβολὰς ἔχῃ τὸ οὖρον, χρόνον τε σημαίνει, καὶ ἀνάγκη τῷ ἀσθενέοντι μεταβάλλειν καὶ ἐπὶ τὰ χείρω, καὶ ἐπὶ θάτερα.

11. In febribus ſi mutationes habuerit urina, diuturnitatem ſignificat, & neceſſe eſt ægrotum mutari & ad deteriora, & ad alteram partem. Judicat. S. 7.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

23. ΕΝ Θάσῳ, τὴν κατακειμένην παρὰ τὸ ψυχρὸν, ἐκ τοῦ τόκου θυγατέρα τεκοῦσαν, καὶ καθάρσιος μὴ γινομένης, πυρετὸς ὀξὺς φρικώδης τριταίην ἔλαβεν. Ἐκ χρόνου δὲ πολλοῦ πρὸ τοῦ τόκου, πυρετώδης ἦν κατακλινὴς, ἀπόσιτος· μετὰ δὲ τὸ γενόμενον ῥῖγος, ξυνεχέες, ὀξέες, φρικώδεες οἱ πυρετοί· Ὀγδόη, πολλὰ παρέκρουσε, καὶ τὰς ἐχομένας, καὶ ταχὺ πάλιν κατενόει· κοιλίη ταραχώδης, πολλοῖσι, λεπτοῖσιν, ὑδατοχόλοισιν· ἄδιψος. Ἑνδεκάτη, κατενόει· κωματώδης δὲ ἦν· οὖρα πολλὰ, λεπτὰ, καὶ μέλανα· ἄγρυπνος. Εἰκοστῇ, σμικρὰ, περιέψυξε,

ÆGER SECUNDUS.

23. QUÆ in Thaſo ad frigidam decumbebat, ubi filiam enixa eſt, nec purgationes irent, eam tertio die, febris acuta cum horroris ſenſu corripuit. Ex longo tamen ante partum intervallo ex febre decumbebat, cibumque faſtidiebat. Poſt rigorem autem febres fuerunt aſſiduæ, acutæ, cum horrore. Octavo, proximiſque diebus multùm deliravit, ſtatimque ad intelligentiam rediit. Alvus perturbata, multa, tenuia, aquoſa, bile permixta demiſit, abſque ſiti erat. Undecimo, mente conſtabat, ſopore tamen detinebatur, urinas multas, tenues & nigras reddidit, pervigil erat.

 Vigeſimo,

περιέψυξε, καὶ ταχὺ πάλιν ἀνεθερμάνθη· Σμικρὰ παρέλεγεν· ἄγρυπνος· τὰ κάτω κοιλίης, ἐπὶ τῶν αὐτῶν· οὖρα ὑδατώδεα, πολλά. Ἑβδόμη καὶ εἰκοστῇ, ἄπυρος· κοιλίη ξυνέστη· οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον, ἰσχίου δεξιοῦ ὀδύνη ἰσχυρὴ, χρόνον πολλὸν· πυρετοὶ πάλιν παρείποντο, καὶ οὖρα ὑδατώδεα. Τεσσαρακοστῇ, τὰ μὲν περὶ τὸ ἰσχίον, ἐπεκούφισε· βῆχες δὲ ξυνεχέες, ὑγραὶ, πολλαί· κοιλίη ξυνέστη· ἀπόσιτος· οὖρα ἐπὶ τῶν αὐτῶν· οἱ δὲ πυρετοὶ, τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἐκλείποντες, πεπλανημένως δὲ παροξυνόμενοι, τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ. Ἑξηκοστῇ, αἱ μὲν βῆχες ἀσήμως ἐξέλιπον, οὔτε γὰρ τις πτυάλων πεπασμὸς ἐγίνετο,

Vigeſimo, corporis ſumma paulùm perfrixerunt, moxque calor rediit, nonnihil mente mota eſt, pervigilavit. Alvi dejectiones eædem perſeverârunt, urinæ dilutæ, multæ. Vigeſimo ſeptimo, à febre immunis fuit, alvus ſubſtitit. Non longè verò pòſt ad coxendicem dextram vehemens enatus dolor diu tenuit, febres rurſus ſubſecutæ, & urinæ aquoſæ. Quadrageſimo, circa coxendicem dolores allevârunt, ſed tuſſes aſſiduæ, humidæ, multæ tenuerunt, alvus ſuppreſſa eſt, cibum faſtidiebat, urinæ eædem. Febres verò in totum quidem non deſinebant, ſed errabundas & incertas habebant acceſſiones, & partim quidem ſic, partim verò non prehendebant. Sexageſimo, tuſſes abſque ullâ judicationis ſignificatione defecerant. Neque enim ulla ſputorum concoctio

το, οὔτε ἄλλη τῶν εἰθισμένων ἀπόστασις. Σιαγὼν δὲ, ἡ ἐκ τῶν ἐπὶ δεξιὰ, κατεσπάσθη· κωματώδης· παρέλεγε πάλιν, καὶ ταχὺ κατενόει· πρὸς δὲ τὰ γεύματα, ἀπονενοημένως εἶχεν· ἡ σιαγὼν μὲν ἐπανῆκεν· ἡ κοιλίη δὲ, χολώδεα, σμικρὰ διέδωκεν· ἐπύρεξεν ὀξυτέρως· φρικώδες· καὶ τὰς ἐχομένας ἄφωνος· καὶ πάλιν κατενόει, καὶ διελέγετο. Καὶ ὀγδοηκοστῇ, ἀπέθανε. Ταύτῃ τὰ τῶν οὔρων διὰ τέλεος ἦν μέλανα, καὶ λεπτὰ, καὶ ὑδατώδεα· καὶ κῶμα παρείπετο· ἄσιτος, ἄθυμος, ἄγρυπνος· ὀργαὶ, δυσφορίαι, τὰ περὶ τὴν γνώμην μελαγχολικά.

coctio extitit, neque aliud quicquam eorum, quæ abſcedere ſolent. Maxilla dextra convulſa eſt, ſopore detinebatur, rurſus deliravit, ſtatimque ad mentem rediit. Cæterùm à cibis averſo erat animo, maxilla quidem loco reſtituta eſt, alvus autem billioſa pauca tranſmiſit, febris intenſior fuit, nec ſine horrore, proximiſque diebus voce defecta eſt, rurſuſque ad intelligentiam rediit & ſermocinata eſt, octogeſimoque expiravit. Urinæ huic perpetuò nigræ, tenues & dilutæ fuerunt, ſoporque comitabatur, cibos non ſumebat, animum deſpondebat, pervigil, iracunda, implacida, mens atrâ bile tentabatur.

DEMONSTRATIO.

HUJUS ægrotæ *νοσογραφία* eodem, quo præcedens, defectu laborat; ex octoginta quippe quibus febricitavit, octo ſolummodo dierum ſymptomata recenſentur. Magna quoque inter utriuſque morbi genium ſimilitudo fuit. Vigiliæ & ſopores, alvus aquoſa, bilioſa, vel dura, urinæ perpetuò malæ, ſymptomatum viciſſitudines, frequentes judicationes imperfectæ, & *ἀποσιτία* ambobus communia erant. Horum igitur ratio ex præcedenti hiſtoriâ petenda eſt, quæ verò huic propria erant, ulteriùs adhuc expendenda ſunt.

Puerpera hæc melancholica diu ante partum ex febre decubuit, unde non mediocre periculum (1). Sed cum toto illo tempore *ἀπόσιτος* quoque fuit, proculdubio non leviter macerabatur; ideoque plurimum metuendum eſt, vel abortum vel partum periculoſum ſubeundum eſſe (2). Ab ipſo igitur partu lochia defuerunt, unde febris acuta cum urinis nigris (3), tenuibus (4), aquoſis, cum haud multò melioris notæ dejectionibus. Nigra verò hæc excreta non mortis inſtantis erunt ſigna, quoniam puerpuris admodùm aliena non ſunt; & nonnunquam (cæteris ritè procedentibus) febrem ſolvunt (5). Obſervavit etiam Galenus in morbis puerperarum urinas omnibus infectas, quaſi fuligo quæpiam in eas incidiſſet; novitque quandam mulierem quæ, talibus urinis magnâ copiâ evacuatis, multùm juvabatur,

juvabatur. Sed præterea hæc mulier atrabilaria fuit, eoque minùs adhuc urina nigra reformidanda eſt; talem enim Galenus atrabilariis valde familiarem eſſe teſtatur. Quod olim innuiſſe videtur Hippocrates, cùm ait, In erroneis febribus nubeculæ nigræ quartanam indicant (6); quartanæ autem, veterum ferè omnium conſenſu, ab atrâ bile oriuntur. Hinc patet neceſſitas doctrinam Hippocraticam accuratiûs cognoſcendi. Magnis enim erroribus obnoxius erit medicus, qui non niſi perfunctoriè hos fontes libaverit; talis quippe, ex urinâ nigrâ die undecimo redditâ, mortem in decimum quartum pronunciare non dubitâſſet. Multa quoq; ſunt alia, quæ ejuſdem farinæ medicis ſpem vitæ falſam excitâſſent, viz. cùm humores, qui die octavo delirium inducebant, paulò pòſt, cum remiſſione delirii, ad inteſtina divergerent; dein die vigeſimo ſeptimo materia febrilis, relictis inteſtinis, coxendicem cum ἀπυρεξία invaſit; poſtea cum maxilla priùs convulſa reſtituebatur; & demum, cùm poſt vocis privationem rurſus ſermocinata eſt, & ad intelligentiam rediit; hæ materiæ morbificæ mutationes cum levamine in doctrinâ Aſclepiadum minùs verſato redituræ ſalutis ſpem feciſſent. Sed ex hiſce ipſis tam fauſtis ſignis, medicus verè Hippocraticus & ſolus futuri præſciens ſpem blandam immotus rejeciſſet: Probè doctus, periculoſos eſſe humorum atrabilariorum à loco ad locum decubitus (7), & levamina hæc non ſecundum rationem eveniſſe, nec quicquam proinde ex his mutationibus, præter morituræ precariam ampliationem, ſperandum fuiſſe.

ΠΡΟΓ-

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἀπὸ τινὸς τῶν ὀξέων νουσημάτων ληφθῆναι, θανάσιμον.

2. Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι ἀπὸ πυρετῶν λαμβάνονται, καὶ ἰσχυρῶς ἰσχναίνονται ἄνευ προφάσιος φανερῆς, τίκτουσι χαλεπῶς καὶ ἐπικινδύνως, καὶ ἐκτιτρώσκουσαι κινδυνεύουσι.

3. Ἐς τ' ἂν δὲ πυῤῥόν τε εἴη τὸ οὖρον καὶ λεπτὸν, σημαίνει τὸ νούσημα ἄπεπτον εἶναι. Ἢν δὲ πολυχρόνιον εἴη τοιοῦτον ἐὸν, κίνδυνος μὴ οὐ δυνήσεται ἄνθρωπος διαρκέσαι ἐς τ' ἂν πεπανθῇ ἡ νοῦσος. Θανατωδέστερα

1. Mulierem in utero gerentem ab acuto aliquo morbo corripi, lethale. Aph. S. 5. No. 30.

2. Quæcunque in utero gerentes à febribus corripiuntur, & vehementer attenuantur abſque manifeſtâ cauſâ, difficulter & periculoſè pariunt, aut abortientes periclitantur. Aph. S. 5. No. 55.

3. Quamdiu verò fulva fuerit urina & tenuis, morbum inconcoctum eſſe ſignificat. Si verò & diuturna fuerit talis, periculum eſt ne ſufficere homo non poſſit donec urina concocta fuerit. Lethaliores

νατωδέστερα δὲ τῶν οὔρων τά τε δυσώδεα, καὶ ὑδατώδεα, καὶ μέλανα, καὶ παχέα.

ores autem ſunt urinæ fætidæ, & aquoſæ, & nigræ, & craſſæ. Prænot. S. 11.

4. Ὁκόσοι δ' ἂν οὖρα λεπτὰ καὶ ὠμὰ οὐρέουσι πουλὺν χρόνον, ἢν τ' ἄλλα ὡς περιεσομένοισι σημεῖα ᾖ τουτέοισι, ἀπόστασιν δεῖ προσδέχεσθαι ἐς τὰ κάτω τῶν φρενῶν χωρία.

4. Quicunque urinas tenues & crudas mingunt multo tempore, ſi alia veluti ſuperſtitibus futuris ſigna fuerint, his abſceſſum expectare oportet ad locos infra ſeptum tranſverſum. Prænot. S. 11.

5. Γυναικὶ δὲ ἐκ τόκου ἐούσῃ κάθαρσις ἐπὴν ἴῃ, οὐκ εὐμαρέως χωρέει. ---Ξυμβήσεται ὥστε μὲν πυρεταίνειν. ---Ἡμέρῃ δὲ πέμπτῃ, ἢ ἑβδόμῃ ἐστιν, ὅτε ἡ κοιλίη ταράσσεται, καὶ ὑποχωρέει μέλανα, καὶ κάκοδμα κάρτα ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, καὶ ὡς ὄνειον οὖρον. Καὶ ἢν ὑπέλθῃ, δοκέει οἱ ῥηΐτερον εἶναι, καὶ μελεδαινομένη ἐν τάχει ὑγιὴς γίνεται.

5. Quum puerperæ purgatio non facilè procedit.--- Continget ipſam febricitare.----- Poſtea die quinto aut ſeptimo aliquando venter turbatur, & ſecedunt nigra, & valde graveolentia aliàs atq; aliàs, & urina velut aſinina. Et ſi ſeceſſerint, videtur ſibi meliùs habere, & curata brevi ſana fit. Morb. Mulier. P. 452. S. 6.

6. Τὰ δὲ ἐν πλανώδεσι πυρετοῖσι μέλανα

6. At in febribus erroneis nigræ nubeculæ,

λανὰ νεφέλια τεταρταίου.

7. Τοῖσι μελαγχολικοῖσι νουσήμασιν ἐς τὰ δὲ ἐπικίνδυνοι αἱ ἀποσκήψιες, ἢ ἀποπληξίην τοῦ σώματος, ἢ σπασμὸν, ἢ μανίην, ἢ τύφλωσιν σημαίνουσι.

læ, quartanam indicant. Coac. S. 5. No. 50.

7. In morbis melancholicis ad hæc periculoſi ſunt humorum decubitus, aut corporis ſiderationem, aut convulſionem, aut inſaniam, aut cæcitatem ſignificant. Aph. S. 6. No. 56.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

24. ΕΝ Θάσῳ, Πυθίωνα, ὃς κατέκειτο ὑπεράνω τοῦ Ἡρακλείου, ἐκ πόνων, καὶ κόπων, καὶ διαίτης γενομένης ἀμελοῦς, ῥῖγος μέγα, καὶ πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβε. Γλῶσσα ἐπίξηρος· διψώδης, χολώδης, οὐχ ὕπνωσεν· οὖρα ὑπομέλανα, ἐναιώρημα μετέωρον· οὐχ ἵδρυτο. Δευτέρῃ, περὶ μέσον ἡμέρης, ψύξις ἀκρέων, τὰ περὶ χεῖρας καὶ κεφαλὴν μᾶλλον· ἄναυδος, ἄφωνος, βραχύπνοος ἐπὶ χρόνον πουλύν· ἀνεθερμάνθη· δίψα· νύκτα δι' ἡσυχίης, ἵδρωσε περὶ κεφαλὴν σμικρά. Τρίτῃ, ἡμέρῃ δι' ἡσυχίης,

ὀψὲ

ÆGER TERTIUS.

24. PYthionem in Thaſo, qui ſupra Herculis fanum decumbebat, ex laboribus & laſſitudinibus negligenterque ſubductâ victûs ratione, rigor vehemens & febris acuta prehendit. Lingua reſiccata erat, ſiticuloſus, bile abundans, ſomnum non cepit. Urinæ nigricantes, ſublime quid in medio ſuſpenſum habebant, neque ſubſidebant. Altero ſub meridiem die corporis extremorum frigus cepit, præcipuéque circa manus & caput, ſermone & voce defectus eſt, longo intervallo brevem ſpiritum traxit, revocatus eſt calor, ſitiit, noctem quietam duxit, ſudor circa caput parùm motus eſt. Tertio die, quietè habuit, ad ve-

 ſperam

ὀψὲ περὶ ἡλίου δυσμὰς, ὑπεψύχθη σμικρά· ταραχὴ νυκτὸς ἐπιπόνως· οὐδὲν ὕπνωσεν· ἀπὸ δὲ κοιλίης, μικρὰ, ξυνεστηκότα κόπρανα διῆλθε. Τετάρτη, πρωῒ δι' ἡσυχίης, περὶ δὲ μέσον ἡμέρης πάντα παρωξύνθη· ψύξις· ἄναυδος, ἄφωνος· ἐπὶ τὸ χεῖρον· ἀνεθερμάνθη· μετὰ χρόνον, οὔρησε μέλανα, ἐναιώρημα ἔχοντα· νύκτα δι' ἡσυχίης· ἐκοιμήθη. Πέμπτη, ἔδοξε κουφισθῆναι· κατὰ δὲ κοιλίην, βάρος μετὰ πόνου· διψώδης· νύκτα ἐπιπόνως. Ἕκτη, πρωῒ μὲν δι' ἡσυχίης, δείλης δὲ οἱ πόνοι μέζους· παρωξύνθη· ἀπὸ δὲ κοιλίης ὀψὲ κλυσματίῳ καλῶς διῆλθε· νυκτὸς, ἐκοιμήθη. Ἑβδόμη, ἡμέρη, ἀσώδης, ὑπεδυσφόρει· οὔρησεν

ἐλαιῶδες·

ſperam verò ſub Solis occaſum aliquantulùm perfrixit, perturbatio cum nocte laborioſâ, nihil dormivit. Ex alvo verò pauca ſtercora coacta tranſmiſſa ſunt. Quarto, manè quievit, ſub meridiem autem exaſperata ſunt omnia, perfrixit, ſermone & voce deſtitutus eſt, deteriùs habuit, tandem recaluit. Urinas reddidit nigras ſuſpenſum quiddam in medio innatans habentes, noctu placidè habuit, & ſomnum cepit. Quinto, allevari viſus eſt, cæterùm in ventre gravitas cum dolore tenuit, ſitibundus fuit, nox moleſta. Sexto, manè quidem placidè ſe geſſit, ſub occaſum verò dolores intenderunt, graviùs habuit. Veſperi autem ex parvo per alvum infuſo venter probè reddidit, noctu ſomnum cepit. Septimo die, magnâ corporis æſtuatione & ſtomachi faſtidio conflictabatur, & quâdam corporis impla-

ciditate

ἐλαιῶδες· νυκτὸς ταραχὴ πολλή· παρέλεγεν· οὐδὲν ἐκοιμᾶτο. Ογδόῃ, πρωῒ μ̂, ἐκοιμήθη Ϲμικρά· ταχὺ δὲ, ψύξις, ἀφωνίη, λεπτὸν πνεῦμα καὶ μινυθῶδες· ὀψὲ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη· παρέκρουσεν· ἤδη δὲ πρὸς ἡμέρην Ϲμικρὰ ἐκουφίσθη· διαχωρήματα ἄκρητα, Ϲμικρά, χολώδεα. Ενάτῃ, κωματώδης, ἀσώδης· ὅτε διεγείροιτο, οὐ λίην διψώδης· περὶ δὲ ἡλίου δυσμὰς, ἐδυσφόρει, παρέλεξε· νύκτα κακήν. Δεκάτῃ, πρωῒ, ἄφωνος· πολλὴ ψύξις, πυρετὸς ὀξὺς, πολὺς ἱδρώς· ἔθανεν. Εν ἀρτίῃσιν οἱ πόνοι τούτῳ.

ciditate tentabatur, oleoſam urinam reddidit, noctu turbatio multa, delirabat, ſomnum nullum capiebat. Octavo, manè quidem aliquantulùm dormivit, confeſtimque perfrixio cepit & vocis defectio, ſpiratio exilis & imminuta, ad veſperam autem calor rurſus rediit, deliravit. Jam verò appetente die paulò leviùs habuit, alvi recrementa ſincera, pauca, biliofa. Nono, ſopore detinebatur, æſtuatione & ſtomachi faſtidio tentabatur cùm excitaretur, neque valdè ſitibundus erat. Sub Solis autem occaſum magnâ corporis inquiete tenebatur; deliravit, nox prava. Decimo, manè vox defecit, frigus multum, febris acuta, magna ſudoris copia; defunctus eſt. Hic diebus paribus graviùs habebat,

DEMONSTRATIO.

FEbris hæc ex laboribus nimiis (1) & incautâ diætâ longè ante inſultum præſagienda fuit (2). Exorta autem primo die ſymptomata de periculo monent, viz. rigor vehemens (3), lingua arida (4), vigiliæ (5), urina ſubnigra (6), ejuſque ἐναιώρημα μετέωρον (7). Die ſecundo paroxyſmus immaniter adeò ingraveſcebat (8), ut parùm abfuit quin ægrotus penitùs opprimeretur. Caput & manus refrigerebantur (9), non ſermonis tantùm, ſed & vocis uſum amiſit anheloſus (10); ita ut ne verba deperdita deplorare potuit infelix, ſed, inſtar ſyderati, planè ſine calore & vix reſpirans jacet. Et proculdubiò, ni eodem ipſo die recaluiſſet (11), more apoplectico ſuccubuiſſet. Noctis & diei ſequentis tranquillitas revertenti febri debetur, ſed debilior erat quàm quæ perfectam ſolutionem conciliaret (12). Idcircò die tertio frigus iterùm occupat; & die quarto omnia in pejus eunt (13); ſed denuò revertens calor novas inducias inivit, ita ut nocte quietè dormivit, & quinto levari viſus eſt ægrotus. Debile autem hoc auxilium Herculeo morbo impar fuit; nec natura quem exorſa eſt abſceſſum (gravitate alvi laborioſâ) pertexuit. Ideòque die ſexto ne humores pridie protruſi recurrerent, injectum eſt enema. Fruſtra autem, invitâ Minervâ, Hippocrates ipſe medicamenta adhibet; nihil quicquam

præter

præter ſtercus ſeceſſit: Abſceſſûs verò materia ventriculo nauſeam & capiti delirium infligens recurrit. Quàm periculoſi verò ſunt hujuſmodi receſſus (14), fuſius ab Hippocrate docemur, præſertim cum relictis partibus inferioribus, ſuperiora petunt. Quamvis autem abſceſſus iſte imperfectus morbum non ſolverat, boni tamen quiddam attulit, quòd vitam aliquantiſper protraxit (15); horrenda enim diei quarti ſymptomata ægrum die ſexto interemiſſent, ni vis vitæ morbificam materiam verſus inteſtina die quinto propuliſſet, ibique aliquandiu retinuiſſet. Ruptis autem vinculis materia hoſtilis, die ſeptimo, vitæ arcem denuò invaſit; & octavo crudeliſſima rabiei ſuæ veſtigia impreſſit. Tenuis & imminuta reſpiratio (16) cum delirio (17) conclamatum ferè eſſe ægrotum vociferatur; & ex pernicioſis hiſce ſignis circa diluculum levamen (18), extra omnem redituræ ſalutis aleam poſitum eſſe teſtatur. Non moriturum autem ſolummodo cognoſcimus, ſed & mortis diem, ſcilicet decimum, quoniam morbus diebus paribus exacerbatus erat (19).

ΠΡΟΓ-

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΑΠΟ δὲ ξυμμέτρυ πόνυ, κόπῳ ὐ κινέεται. Ὁκόταν δὲ πλείων τῦ καιρῦ πόνῳ ῇ, ὑπεξηραίνει τ̀ σάρκα, κενωθεῖσα δὲ τῦ ὑγρῦ θερμαίνεται, καὶ ἀλγέει, καὶ φρίσσει, καὶ ἐς πυρετὸν καθίσαται μακρότερον, ἢν μὴ τὶς ἐκθεραπεύσῃ ὀρθῶς.

1. A Moderato labore laſſitudo non movetur. Quum verò major quàm oportet labor fuerit, carnem ſuperexſiccat, evacuato autem humore caro calefit, & dolet, & horret, & ad febrem perducitur longiorem, ſi quis non rectè curet. De Diætâ. L. 2. S. 47.

2. Ὁκυ ἂν τροφὴ παρὰ φύσιν πλείων ἐσέλθῃ, τῦτο νῦσον ποιέει. Δηλοῖ δὲ ἡ ἴησις.

2. Ubi cibus præter naturam copioſior fuerit, id morbum facit. Oſtendit autem ſanatio. Aph. S. 2. No. 17.

3. Οὐκ, οἷσιν ἂν ῥίγῳ γένηται, τυτέοισιν ὀξύτατῳ πυρετὸς ἐκλάμπει;

3. Nonne quibus rigor contigit, his acutiſſima febris relucet? De Vet. Medicin. S. 29.

4. Γλῶσσαι αὖαι δὲ ἀπὸ ἐκκαύσιῳ λιγνυώδεῳ καὶ μητρώυ μορίυ.

4. Linguæ ſiccæ ab ardore fuliginoſo & uterinâ parte. M. Pop. P. 810. No. 28.

Αἱ δασεῖαι κατάξηροι, φρενιτικαί.

Linguæ aſperæ reſiccatæ, phreniticæ ſunt. Co. S. 2. No. 150.

5. Κά- 5. Peſſi-

5. Κάκιστον δὲ μὴ κοιμᾶσθαι μήτε τῆς νυκτὸς, μήτε τῆς ἡμέρης.

5. Peſſimum verò eſt non dormire, neque noctu, neque interdiu. Prænot. S. 9.

6. Ἐν δὲ τοῖσι μὲν ἀνδράσι καὶ τῇσι γυναιξὶ τὰ μέλανα τῶν οὔρων, κάκιστα.

6. At in viris & mulieribus nigræ urinæ, peſſimæ. Prænot. S. 11.

7. Σκοπεῖν δὲ χρὴ τῶν οὔρων ἐν οἷσιν αἱ νεφέλαι, ἤν τε ἄνω, ἤν τε κάτω ἔωσι, καὶ τὰ χρώματα ὁκοῖα ἴσχουσι. Καὶ τὰς μὲν κάτω φερομένας ξὺν τοῖσι χρώμασιν οἷσιν εἴρηται, ἀγαθὰς εἶναι νομίζειν καὶ ἐπαινέειν, τὰς δὲ ἄνω ξὺν τοῖσι χρώμασιν οἷσιν εἴρηται, κακὰς εἶναι καὶ μέμφεσθαι τὰ τοιάδε.

7. Conſiderare verò oportet in urinis in quibus nubeculæ fiunt, an ſuperné an inferné ſint, & quales habeant colores. Et quæ quidem deorſum feruntur cum coloribus relatis, eas bonas eſſe putare ac laudare, quæ verò ſurſum feruntur cum coloribus relatis, malas eſſe & tales damnare. Prænot. S. 12.

8. Οἱ λαβόντες ἐς τὴν αὔριον παροξυνθέντες, κακόν.—— Ἦ ῥά γε καὶ φρενιτικοὶ οἱ τοιοῦτοι παροξυσμοί;

8. Qui acceſſione correpti poſtero die graviùs habent, malum.---Ac metus eſt ne hujuſmodi acceſſiones phrenitidem inducant. Co. S. 1. No. 112.

9. Κεφαλὴ δὲ καὶ πόδες καὶ χεῖρες ψυχρὰ ἐόντα, κακόν, τῆς δὲ

κοιλίης

9. Caput & manus & pedes ſi frigida ſint, malum, ubi & venter

&

κοιλίης καὶ τῶν πλευρῶν θερμῶν ἐόντων.

& latera calida ſunt. Prænot. S. 8.

10. Ἐν ἀφωνίῃ πνεῦμα, οἷον τοῖσι πνιγομένοισι, προέχειν, πονηρόν. Ἦ ῥά γε καὶ παρακρουστικόν;

10. In vocis defecti-one ſpiritus, velut his qui ſtrangulantur, conſpicuè elatus & viſui expoſitus, malum eſt; & metus eſtne delirium accerſat. Co. S. 2. No. 173.

11. Ἐν τοῖσιν ἀποπληκτικοῖσιν ἐπὶ τῇ δυσφορίῃ τοῦ πνεύματος ἱδρὼς ἐπιγινόμενος, θανάσιμον. Ἐν αὐτοῖσι δὲ πάλιν τούτοισιν ἢν πυρετὸς ἐπιγένηται, λύσις.

11. In ſyderatis ex magnâ ſpirandi moleſtiâ obortus ſudor, mortem indicat. Rurſus autem in his ipſis ſi febris ſit, ſolutio ſit. Co. S. 3. No. 320.

12. Τὰ ἐξαίφνης ἀποπληκτικὰ λελυμένως ἐπιπυρετήναντα χρόνῳ, ὀλέθρια.

12. Syderationes ſubitaneæ, ſi inſuper febris, exolutiones in modum, contingat quæ diutius trahat, perniciem minatur. Co. S. 3. No. 322.

13. Τρίτην ἐπισχόντες, τετάρτην παροξυνθέντες, κακόν. Ἦ ῥά γε καὶ φρενιτικοὶ οἱ τοιοῦτοι παροξυσμοί;

13. Quibus tertio die ſubſiſtit acceſſio & quarto ingraveſcit, malum. Et metus eſt ne hujuſmodi acceſſiones phrenitidem inducant. Co. S. 1. No. 113.

14. Αἱ δὲ ἀποστάσιες αἱ ἐς τὰ σκέλεα ἐν τῇσι περιπλευμονίῃσι τῇσιν

14. Cæterùm abſceſſus ad crura in pulmonis inflammationibus

τῆσιν ἰσχυρῆσι τὲ καὶ ἐπικινδύνοισι, λυσιτέλεες μέν πᾶσι.-----Ἢν δὲ ἀφανίζωνται καὶ παλινδρομέωσι αἱ ἀποςάσιες, τοῦ πλυέλου μὴ ἐκχωρέοντος, καὶ τοῦ πυρετοῦ ἔχοντος, δεινόν. Κίνδυνος γὰρ μὴ παραφρονήσῃ, καὶ ἀποθάνῃ ὁ ἄνθρωπος.

bus fortibus & periculoſis, omnes quidem utiles ſunt. -----At ſi evaneſcant & recurrant abſceſſus, ſputo non prodeunte, febreque permanente, horrendum eſt. Periculum enim eſt ne deliret homo, & moriatur. Prænot. S. 18.

15. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἀποςήματα μὴ λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρίσιας, μῆκος νούσου σημαίνει.

15. In febribus abſceſſus in primis judicationibus morbum non ſolventes, morbi longitudinem ſignificant. Aph. S. 4. No. 51.

16. Πνεῦμα---κάκιςον καὶ πλήσιον θανάτου---τὸ ἐκτεῖνον, καὶ κατεπεῖγον, καὶ ἀμαυρόν.

16. Spiratio---peſſima & morti propinqua----ea quæ extendens eſt, & quæ urgens, & quæ obſcura eſt. Co. S. 2. No. 189 ad 195.

17. Ὅκου ἐν πυρετῷ μὴ διαλείποντι δύσπνοια γίνεται καὶ παραφροσύνη, θανάσιμον.

17. Ubi in febre non intermittente difficultas ſpirandi & delirium acceſſerit, lethale eſt. Aph. S. 4. No. 5.

18. Τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥαςονήσαντα, θάνατον σημαίνει.

18. Pernicioſa ſine ſignis levantia, mortem indicant. Prædict. S. 6. L. 1.

19. Τὰ δὲ παροξυνόμενα ἐν ἀρτίῃ κρίνεται ἐν ἀρτίῃσιν. Ὧν δὲ αἱ παροξυσμοὶ ἐν περισσῇσι, κρίνεται ἐν περισσῇσι.—Δεῖ δὲ προσέχειν τὸν νοῦν καὶ εἰδέναι ἐν τοῖσι χρονίοισι τούτοισι τὰς κρίσιας ἐσομένας ἐπὶ σωτηρίην, ἢ ὄλεθρον, ἢ ῥοπὰς ἐπὶ τὸ ἄμεινον, ἢ τὸ χεῖρον.

19. Quæ paribus diebus exacerbantur, paribus judicantur. Quorum autem exacerbationes in imparibus fiunt, in imparibus judicantur. ---- Oportet autem animadvertere, & noſſe in his temporibus judicationes futuras eſſe ad ſalutem, aut perniciem, aut inclinationes ad meliùs, aut deteriùs. M. Pop. P. 672.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

25. Ὁ Φρενιτικὸς τῇ πρώτῃ κατακλιθεὶς, ἤμεσεν ἰώδεα, πολλὰ, λεπτά· πυρετὸς φρικώδης· πολὺς ἱδρὼς, ξυνεχὴς, δι' ὅλου· κεφαλῆς, καὶ τραχήλου βάρος, μετ' ὀδύνης· οὖρα λεπτά· ἐναιωρήματα σμικρὰ, διεσπασμένα· οὐχ ἵδρυτο· ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐξεκόπρισεν ἀθρόα· πολλὰ παρέκρουσεν· οὐδὲν ὕπνωσε. Δευτέρῃ, πρωῒ, ἄφωνος· πυρετὸς ὀξύς· ἵδρωσεν· οὐ διέλιπε· παλμοὶ δι' ὅλου τοῦ σώματος· νυκτὸς, σπασμοί. Τρίτῃ, παρωξύνθη πάντα. Τετάρτῃ, ἀπέθανεν.

ÆGER QUARTUS.

25. QUI ex Phrenitide laborans primo die decubuit æruginoſa & virulenta, multa, tenuia, vomitione refudit, febris horroris ſenſu inſignis prehendit, ſudor copioſus, aſſiduus, toto corpore dimanavit, capitis & cervicis gravitas non ſine dolore. Urinæ tenues, in quibus ſublimia quædam in medio ſuſpenſa, parva, diſperſa inerant, neque ſubſiſtebant. Ex alvo ſtercora affatim prodierunt, multùm deliravit, nihil dormivit. Poſtridie manè vox defecit, febris acuta invaſit, ſudavit, non intermiſit. Totum corpus palpitationes occupârunt, nocte convulſiones. Tertio die, graviora evaſerunt omnia. Quarto, mortuus eſt.

DEMONSTRATIO.

GAlenus, aliique omnes poſt illum commentatores, quos videre licuit, phrenitide acutiſſimâ & malignâ laboráſſe hunc ægrotum autumarunt; quamvis nulla (exceptis delirio & febre) ſymptomata phrenitica præſenti morbo ullatenus congruunt. Nullus furor, vociferatio, oculorum torvitas, corporis jactatio, nulla diaphragmatis tenſio vel dolor, nec quid extra febris malignæ genium huic contigit. Præterea ſi, ſicut hi voluerunt, phrenitis hæc ſubito invaſiſſet, hujuſmodi quid dixiſſet Hippocrates, perſuaſum habeo, viz. erectum & ambulantem ſubito invaſit Phrenitis, ut Critonem pedis dolor, Calvum fæmoris dolor, Herophytum capitis dolor, mulierem in Thaſo inſomnia & ciborum faſtidium, &c. Sed in hoc ægroto alia & planè diverſa eſt oratio; ait enim, Phreniticus, primo quo decubuit die, vomuit, &c. Ergo diu ante decubitum Phreniticus erat, & morbus præſens pro tranſitu à Phrenitide in febrem ardentem habendus eſt. Sed (quòd magis mihi arridet) forſan Phreniticus pro Phrynicus, vel alio quodam nomine proprio, errore graphico ſcriptus erat. Sed utrum horum mavis, morbus, de quo jam agitur, non niſi febris maligna, vel ardens nuncupandus eſt; cujus natura, duratio, & exitus, & intelligi & prævideri poſſunt. Sed & ipſa morbi hiſtoria Phrenitidi planè repugnat, dicitur enim hic

ægrotus

ægrotus capitis & colli gravitatem dolorificam ſenſiſſe; at phrenitici dolores minimè ſentiunt. Hoc ex Hippocrate colligendum (1), uberiùs autem ex ipſo Galeno; cujus hæc ſunt verba latinè reddita. Atque diſpoſitione dolorificâ affecti, vel acriùs premente aliquo eum haudquaquam ſentiunt, vide de Loc. affect. L. 5. Cap. 3. ſi acerrimum igitur dolorem Phrenitici non ſentiunt, quomodo capitis & colli gravitatem dolorificam percepiſſet noſter ægrotus? Porro denique ſi phrenitide laboráſſet, delirii meminiſſe ſupervacaneum fuiſſet, quoniam in ipſa phrenitidis idea comprehenditur. Poſthabitâ igitur phrenitide, febrium acutarum legibus de ægro decernamus.

Mala & ærumnoſa ominatur vomitus, tum quòd æruginoſus (2), tum quòd copioſus (3), & in morbi principio (4), & ſine levamine (5). Vehemens hinc delirium, ſubituſque & fatalis morbi exitus portenduntur. Denunciatum ſtatim aderat delirium, quo nil magis horrendum (6). Supervenientibus autem die ſecundo ἀφωνία (7), ſudore non judicante (8), palpitationibus (9) & convulſionibus (10), primùm quaternionem non ſuperaturum ægrotum ſtatutum eſt (11).

ΠΡΟΓ-

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Ὅκοσοι πονέοντες τι τοῦ σώματος, τὰ πολλὰ τῶν πόνων οὐκ αἰσθάνονται, τουτέοισιν ἡ γνώμη νοσέει.

2. Τὰ ἐν κεφαλαλγίησιν ἰώδεα ἐμέσματα μετὰ κωφώσιος ἀγρυπνώδεα, ταχὺ ἐκμαίνει.

3. Ἔμετος δὲ ὠφελιμώτατος ὁ φλέγματος καὶ χολῆς ξυμμεμιγμένος ὡς μάλιστα, καὶ μὴ παχὺς κάρτα, μήτε πολύς.

Τὰ κρίσιμα——ἐγγίνοιτο δ᾽ ἂν καὶ ὀλέθρια, τὰ μὴ σμικρά.

4. Καὶ γὰρ τῶν παραχρῆμα ἀπολλυμένων ταχύτεραι αἱ κρίσιες ὅτι ταχέες οἱ πόνοι, καὶ συνεχέες, καὶ ἰσχυροί.

Τὰ

1. Quicunque aliquâ corporis parte dolentes, dolorem ferè non ſentiunt, his mens ægrotat. Aph. S. 2. No. 6.

2. Vomitus in capitis dolore æruginoſus cum ſurditate & vigiliis, citò inſaniam afforе denunciant. Prædict. S. 2. L. 1.

3. Vomitus commodiſſimus eſt ex pituita ac bile quàm maximè permiſtus, & non craſſus valde, neque multus. Prænot. S. 12.

Judicatoria---perniciofa evadunt, ſi modum excedant. M. Pop. P. 686.

4. Nam & eorum qui ſtatim intereunt, velociores ſunt judicationes, quoniam velociores ſunt dolores, & continui, & fortes.

Quæ

Τὰ δὲ κρίνοντα ἐπὶ τὸ βέλτιον, μὴ αὐτίκα ἐπιφαινέσθω.

Quæ verò ad meliùs judicant, non ſtatim apparere debent. M. Pop. P. 686.

5. Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης, καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, ἢν μὲν, οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τὲ καὶ εὐφόρως φέρουσιν. Ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον.

5. In perturbationibus alvi, & vomitibus ſpontè evenientibus, ſiquidem, qualia oportet purgari, purgentur, confert & facilè ferunt. Sin minus, contrà. Aph. S. 1. No. 2.

6. Τῇσι δ' ἐν ἀρχῇσι τῶν πυρετῶν, ἤν τὲ παραφροσύνη, ἤν τὲ ἀπόπληξις τῶν μελέων τινὸς, εἰδέναι τὸν ἄνθρωπον ἀπολλυμένον, ἢν μὴ παντάπασιν ἢ τῶν καλλίστων τὶ σημεῖον ἐπιγένηται, ἢ σώματος ἀρέτη ὑποκέηται.

6. Cæterùm in principiis febrium, ſive delirium acceſſerit, ſive alicujus membri ſyderatio, periturum hominem ſciendum eſt, ſi non omnino aut ex optimis ſignis aliquod accedat, aut corporis vires adſint. Prædict. S. 23. L. 2.

7. Αἱ μετ' ἀφωνίης ἐκστάσιες, ὀλέθριαι.

7. Mentis emotiones cum vocis interceptione, pernicioſæ. Co. S. 2. No. 177.

8. Τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα, τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα.

8. Judicatoria non judicantia, partim lethalia ſunt, partim difficilis judicii. M. Pop. P. 686.

9. Καὶ οἱ παλμοὶ ἐν τῇσι χέρσι πολυχρονίου πυρετοῦ σημεῖον, ἢ κρίσιος ξυντόμου ἐπὶ τὸ κάκιον, καὶ ἐπὶ τούτων τὰ πλεῖστα ἅπερ ἐς θάνατον.

10. Ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ, ἢν χεῖλος, ἢ ὀφρὺς, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ῥὶς διαστραφῇ, ἢν μὴ βλέπῃ, ἢν μὴ ἀκούῃ, ἤδη ἀσθενέος ἐόντος τοῦ σώματος, ὅ τι ἂν τουτέων γίνηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος.

11. Τῶν πυρετῶν οἱ κακοηθέστατοι, καὶ ἐπὶ σημείων δεινοτάτων γινόμενοι, τεταρταῖοι κτείνουσιν, ἢ πρόσθεν.

9. Palpitationes in manibus diuturnæ febris ſignum ſunt, aut ſubitæ judicationis in deterius, & in his pleraque quæ ad mortem tendunt. Judicat. S. 8.

10. In febre non intermittente, ſi labium, aut ſupercilium, aut oculus, aut naſus pervertatur, ſi non videat, ſi non audiat, corpore jam debili exiſtente, quicquid horum fiat, in propinquo mors eſt. Aph. S. 4. No. 49.

11. Maligniſſimæ febres & ſignis horrendiſſimis contingentes, quarto die occidunt, aut prius. Prænot. S. 20.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

26. ΕΝ Λαρίσσῃ, φαλακρὸς μηρὸν δεξιὸν ἐπόνησεν ἐξαίφνης· τῶν δὲ προσφερομένων οὐδὲν ὠφέλει. Τῇ πρώτῃ, πυρετὸς ὀξὺς, καυσώδης· ἀτρεμέως εἶχεν· οἱ δὲ πόνοι παρείποντο. Δευτέρῃ, τοῦ μηροῦ μὲν ὑφίεσαν οἱ πόνοι, ὁ δὲ πυρετὸς ἐπέτεινεν· ὑπεδυσφόρει· οὐκ ἐκοιμᾶτο· ἄκρεα ψυχρά· οὔρων πλῆθος διῄει οὐ χρηστῶν. Τρίτῃ, τοῦ μηροῦ μὲν ὁ πόνος ἐπαύσατο· παρακοπὴ δὲ τῆς γνώμης, καὶ ταραχὴ, καὶ πολὺς βληστρισμός. Τετάρτῃ, περὶ μέσον ἡμέρης, ἔθανεν ὀξυτάτως.

ÆGER QUINTUS.

26. CAlvum in Lariſſâ, ex femore dextro dolor derepente occupavit, nihilque adhibitis remediis eſt profectum. Primo die, febris acuta, ardens, ſenſim prehendit, comitabanturque dolores. Poſtridie femoris quidem dolores remiſerunt, febris autem intenſa eſt, implaciditate quàdam corporis tenebatur, ſomnum non capiebat, corporis ſumma frigebant, urinarum copia profluxit, ſed nec eæ laudabiles erant. Tertio die, femoris quidem dolor ceſſavit, verùm mentis alienatio perturbatioque adfuit, & multa corporis incontinentia jactatioque. Quarto, ſub meridiem celerrimè periit.

DEMONSTRATIO.

SUbitus & vehemens hicce femoris dolor, ſive abſceſſum, ſive gangrænam, vel ſyderationem nuncupaveris, luctuoſum morbi exitum denunciat. Si ſyderationis nomine inſigniatur, minatur perniciem quod in morbi principio incidat (1). Sin autem pro abſceſſu habeatur, nihilo meliùs actum erit cum ægroto, quoniam die ſecundo, cum extremorum frigore & febris intenſione, remiſit (2); & die tertio, cum mentis alienatione omnino ceſſavit (3). Rationi verò magis conſentaneum videtur, dolorem hunc ſyderationis ſignum fuiſſe, diverſum licèt cenſeat Galenus; quoniam cum ſine tumore invaſit, haud facilè crediderim, ſufficientem humorum copiam, quæ retrocurrendo functiones vitales tam velociter opprimeret, colligi potuiſſe: Sed qualitate deleteriâ, quali imbuta eſt materia gangrænarum potiùs, quàm quantitate retrocedente, ægrotanti nocuit. Si verò ſupponatur abſceſſum ex gangrænoſo humore formari, tum non magni refert, quo præcipuè nomine diſtinguatur; cùm quantitati qualitas etiam maligna ſit adjuncta, quæ mortem intra præſcriptos limites intuliſſet.

ΠΡΟΓ-

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΤΗσι δ' ἐν ἀρχῇσι τῶν πυρετῶν, ἤν τε παραφροσύνη, ἤν τε ἀπόπληξις τῶν μελέων τινὸς, εἰδέναι τὸν ἄνθρωπον ἀπολλύμενον, ἢν μὴ παντάπασιν ἢ τῶν καλλίστων τὶ σημεῖον ἐπιγένηται, ἢ σώματος ἀρέτη ὑποκέηται.

2. Ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται, καὶ δίψαν ἔχῃ, θανάσιμον.

3. Αἱ δὲ ξὺν πυρετῷ γινόμεναι ὀδύναι περὶ τὴν ὀσφύν τε, καὶ τὰ κάτω χωρία, ἢν τῶν φρενῶν ἅπτωνται, τὰ κάτω ἐκλείπουσαι, ὀλέθριον κάρτα. Προσέχειν οὖν δεῖ τὸν νόον καὶ τοῖσιν ἄλλοισι σημείοισιν, ὡς, ἤν τι καὶ τῶν ἄλλων σημείων ἐπιγένηται πονηρόν τι, ἀνέλπιστος ὁ ἄνθρωπος.

1. CÆterum in principiis febrium, ſive delirium acceſſerit, ſive alicujus membri ſyderatio, periturum hominem ſciendum eſt, ſi non omnino aut ex optimis ſignis aliquod accedat, aut corporis vires adſint. Prædict. S. 23. L. 2.

2. In febribus non intermittentibus, ſi externa quidem frigida ſint, interna verò urantur & ſitim habeant, lethale. Aph. S. 4. No. 48.

3. Dolores cum febre contingentes circa lumbos & infernas partes, ſi ſeptum tranſverſum attigerint, infernas partes relinquentes, pernicioſi valde ſunt. Proinde aliis quoque ſignis animum advertere oportet, nam ſi quod etiam ex aliis ſignis malum apparuerit, deſperatus eſt homo. Prænot. S. 19.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΚΤΟΣ.

27. ΕΝ Ἀβδήροισι, Περικλέα νοῦσος ἔλαβεν ὀξὺς, ξυνεχὴς, μετὰ πόνου· δίψα πολλὴ, ἄση· ποτὸν κατέχειν οὐκ ἠδύνατο· ἦν δὲ ὑπόσπληνός τε, καὶ καρηβαρικός. Τῇ πρώτῃ, ἡμοῤῥάγησεν ἐξ ἀριστεροῦ πολύ· ὁ μέν τοι πυρετὸς ἐπέτεινεν· οὔρησε πολὺ, θολερὸν, λευκόν· κείμενον οὐ καθίστατο. Δευτέρῃ, πάντα παρωξύνθη· τὰ μέντοι οὖρα, παχέα μὲν ἦν, ἱδρυόμενα δὲ μᾶλλον· καὶ τὰ περὶ τὴν ἄσην ἐκούφισεν·

ÆGER SEXTUS.

27. ABderæ Periclem febris acuta, continua, cum dolore prehendit, ſitis multa, æſtuatio & ſtomachi faſtidium aderat, potum continere non valebat. Aliquantulùm autem tum ex liene tum ex capitis gravitate laborabat. Primo die, ſanguis multus ex nare ſiniſtrâ profluxit. Febris tamen intenſior erat, urinas reddidit multas, turbulentas, albas, quæ nec depoſitæ ſubſidebant. Poſtridie graviora evaſerunt omnia. Ac certè urinæ quidem craſſæ erant, verùm quæ magis ſubſiderent, ſtomachi faſtidium & æſtuatio allevata eſt, dormivit.

σεν· ἐκοιμήθη. Τρίτη, πυρετὸς ἐμαλάχθη· οὔρων πλῆθος· πέπονα, πολλὴν ὑπόστασιν ἔχοντα· νύκτα δι' ἡσυχίης. Τετάρτη, περὶ μέσον ἡμέρης ἵδρωσε πολλῷ θερμῷ, δι' ὅλου· ἄπυρος, ἐκρίθη· οὐχ ὑπέστρεψεν.

mivit. Tertio die, febris remiſſa eſt, urinæ copioſæ, concoctæ, in quibus multùm ſubſidebat, profluxerunt, noctem quietam habuit. Quarto, ſub meridiem ſudor multus, calidus toto corpore dimanavit, à febre judicatione eſt abſolutus, nec recidivam paſſus eſt.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

QUamvis febris hæc vehemens admodùm & acuta fuit, ut ipſe teſtatur Hippocrates, attamen medicus præceptorum memor, de morbi exitu haud diu pendulus hærebit. Sanguinis fluxus fauſta & læta primo quidem intuitu pollicetur, tum quod largus (1), tum quòd è directo lienis (2), viz. nare ſiniſtrâ, effluxit; ideòque addidit Hippocrates, καρηβάρικ@-, & aliquantulùm lienoſus erat, utilitatem nempe hæmorrhagiæ quo innueret. Confitendum verò eſt, primo die res ægroti in dubio eſſe videri, quòd ſanguis nimis citò (3) & ſine ſignis coctionis erupit (4); præſertim cùm febris poſtea intenſior evaſit. Hucuſque ergo medicus nullam certam prognoſin ſtatuere potuit, hinc largâ ſanguinis effluxione & κατ' ἴξιν lætus, illinc celeritate judicationis & humorum cruditate perterritus. Die verò ſecundo, ſigna incipientis coctionis cum remiſſione ſymptomatum ſcrupulum eximunt, ut quæ maximè ſecundum rationem fuerunt (5). Et die tertio plenæ coctionis ſigna (6) (cæteris quoque feliciter procedentibus) fauſtam & expeditam judicationem haud ambiguè vaticinantur.

ΠΡΟΓ-

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΗΝ δὲ παθήματα τῶν καύσων. Οἷσι μὲν καλῶς καὶ δαψιλέως ἐκ ῥινῶν ἡμοῤῥάγησε, διὰ τοῦτο μάλιστα σώζεσθαι. Καὶ οὐδένα οἶδα, εἰ καλῶς αἱμοῤῥαγήσειεν ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ, ἀποθανόντα.

2. Τὰ ἀνάπαλιν αἱμοῤῥαγέοντα, κακόν. Οἷον ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ δεξιοῦ ῥύεντα, καὶ τὰ καθ' ὑποχόνδριον ὡσαύτως.

3. Τὰ δὲ κρίνοντα ἐπὶ τὸ βέλτιον, μὴ αὐτίκα ἐπιφαινέσθω.

4. Πεπασμοὶ ταχυτῆτα κρίσιος, καὶ ἀσφαλείην εἰς ὑγιείην σημαίνουσιν. Ὠμὰ δὲ, καὶ ἄπεπτα, καὶ ἐς κακὰς ἀποστάσιας τρεπόμενα, ἀκρι-

1. INerant verò in febribus ardentibus affectiones hujuſmodi. Ut qui bene & largiter ſanguinem è naribus effudiſſent, ii vel ex eo maximè ſervati viderentur. Neque ullum novi, cui modo ſanguis bene profluxiſſet, hoc in ſtatu mortuum. M. Pop. P. 663.

2. Sanguinis eruptiones è contrario, malæ ſunt. Velut in ſplene magno ſi ex dextrâ nare fluat; & circa præcordia eodem modo ſe res habet. Prædict. S. 18. L. 1.

3. Quæ verò ad meliùs judicant, non ſtatim apparere debent. M. Pop. P. 686.

4. Coctiones celeritatem judicationis, & ſecuritatem ſanitatis ſignificant. Cruda verò, & inconcocta, & in malos abſceſſus converſa, aut imperfectas judi-

ἀκρισίας, ἢ πόνους, ἢ χρόνους, ἢ θανάτους, ἢ τῶν αὐτῶν ὑποστροφάς. Ὅ τι δὲ τουτέων ἔσται μάλιστα, σκέπτεον ἐξ ἄλλων.

judicationes præſagiunt, aut dolores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut eorundem recidivas. Quod verò ex his potiſſimùm futurum ſit, ex aliis conſiderandum eſt. M. Pop. P. 661.

5. Τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν οὐ δεῖ πιστεύειν, οὐδὲ φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παραλόγως. Τὰ γὰρ πολλὰ τῶν τοιουτέων ἐστὶν ἀβέβαια, καὶ οὐ πάνυ τοι διαμένειν, οὐδὲ χρονίζειν εἴωθε.

5. His quæ non ſecundum rationem levant credere non oportet, neque timere valde quæ præter rationem fiunt prava. Multa enim horum ſunt inconſtantia, nec admodum permanere, nec durare ſolent. Aph. S. 2. No. 27.

6. Αἱ πεπάνσιες τῶν οὔρων κατὰ μικρὸν ἐκπεπαινόμεναι, ἐν τοῖσι κρισίμοισι ἐὰν πεπανθῶσι, λύουσι τὴν νοῦσον.

6. Coctiones urinarum paulatim matureſcentes, ſi in judicatoriis diebus concoctæ fuerint, morbum ſolvunt. Judicat. S. 5.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΒΔΟΜΟΣ.

28. ΕΝ Ἀβδήροισι τὴν παρθένον, ἣ κατέκειτο ἐπὶ τῆς ἱερῆς ὁδοῦ, πυρετὸς καυσώδης ἔλαβεν· ἦν δὲ διψώδης, καὶ ἄγρυπνος· κατέβη δὲ τὰ γυναικεῖα πρῶτον αὐτῇ. Ἕκτῃ, ἄση πολλὴ, ἔρευθος· φρικώδης, ἀλύουσα. Ἑβδόμῃ, διὰ τῶν αὐτῶν· οὖρα λεπτὰ μὲν, εὔχροα δέ· τὰ περὶ τὴν κοιλίην οὐκ ἠνώχλει. Ὀγδόῃ, κώφωσις, πυρετὸς ὀξὺς· ἄγρυπνος, ἀσώδης, φρικώδης· κατενόει· οὖρα ὅμοια. Ἐνάτῃ, διὰ τῶν αὐτῶν, καὶ τὰς ἐπομένας· οὕτω ἡ κώφωσις παρέμενε. Τεσσαρεσδεκάτῃ, τὰ τῆς γνώμης ταραχώδεα· ὁ πυρετὸς ξυνέδωκεν. Ἑπτακαιδεκάτῃ, διὰ

ÆGER SEPTIMUS.

28. ABderæ, virginem, quæ ad viam ſacram decumbebat, febris ardens prehendit. Sitibunda autem erat & pervigil, eique tum primùm muliebria profluxerunt. Sexto die, vehemens ſtomachi faſtidium adfuit, rubor, horror, cum moleſtâ corporis jactatione. Septimo, eadem perſeverârunt. Urinæ tenues quidem, verùm probati coloris erant, alvus commodè habebat. Octavo, ſurditas, febris acuta cepit, inſomnis, æſtuabunda, cum horroris ſenſu, mentis erat compos, urinæ eædem. Nono, ac proximis diebus eadem perſeverârunt, atque adeò permanſit ſurditas. Decimo quarto, mentis perturbatio, febris remiſſio. Decimo ſeptimo,

διὰ τῶν ῥινῶν, ἔῤῥυη πουλύ· ἡ κώφωσις, σμικρὰ ξυνέδωκε· καὶ τὰς ἑπομένας, ἄση· κωφότης ἐνῆν, καὶ παράληρος. Εἰκοστῇ, ποδῶν ὀδύνη, κωφότης, παράληρος· ἀπέλιπεν· ἡμοῤῥάγησε μικρὰ διὰ ῥινῶν· ἵδρωσεν, ἄπυρος. Εἰκοστῇ καὶ τετάρτῃ, ὁ πυρετὸς ὑπέστρεψε· κώφωσις πάλιν· ποδῶν ὀδύνη· παρέμεινε παρακοπή. Εἰκοστῇ καὶ ἑβδόμῃ, ἵδρωσε πολλά· ἄπυρος· ἡ κώφωσις ἐξέλιπεν· ἡ τῶν ποδῶν ὑπέμεινεν ὀδύνη. Τὰ δ' ἄλλα τελέως ἐκρίθη.

timo, multum ex naribus profluxit, ſurditas nonnihil eſt levata, proximiſque diebus ſtomachi faſtidium & ſurditas aderat, & delira erat. Vigeſimo, pedum dolor cepit, ſurditas & delirium intermiſit, paucus ex naribus ſanguis prorupit, ſudoribus à febre liberata eſt. Quarto & vigeſimo, febris repetiit, rurſuſque ſurditas, pedum dolor perſeveravit, mens emota eſt. Septimo & vigeſimo, copioſis obortis ſudoribus, à febre immunis fuit, ſurditas reliquit, pedum dolor aliquantulùm tenuit. In reliquo verò, perfectâ judicatione abſoluta eſt.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

IN duobus hiſce epidemiorum libris, quatuor ægroti ſine memoratâ præcedenti coctione judicati reperiuntur, viz. ægrotus decimus tertius libri primi, ſeptimus, undecimus, & duodecimus hujus libri, omnes nempe mulieres. Prima trimeſtri fœtu gravida, quæ imprimis ſudore, & tandem vomitione cum ſudore liberata fuit. Attamen cum nihil poſt diem ſextum de urinis memoratur, an crudæ vel coctæ ante criſin fuerant, incertum omnino reſtat. Tres ſubſequentes ægrotæ hæmorrhagia narium, vel uteri potiſſimùm ſervari videntur. Sed quod ad hanc attinet ægrotam, ex urinâ bene coloratâ, & alvi ſtatu laudabili conjicere licet, præſentem morbum quantitati, potiùs, quàm vitiatæ ſanguinis qualitati ortum ſuum debuiſſe; ideòque coctione tantillum immutati humores non indigebant. Hoc tum primum erumpentia catamenia, & narium fluxus die decimo ſeptimo cum aliquali febris remiſſione, uberius indicant. Ut ut autem exigua fuerunt cruditatis ſigna, huic tamen cruditati febris (1), quod diutius multo, quam pro magnitudine morbi par erat, protraheretur, acceptum refert. Nec largæ hæmorrhagiæ, nec ſudori (die vigeſimo) ceſſura eſſet, ni pedum inſuper abſceſſus moleſtus humores crudos incarceratos retinuiſſet, quo reſtauratis demum viribus, natura inimicum morbum per portas cuticulares abigeret. Uſque adeò verum

 rum

rum eſt illud Hippocraticum, ſi urinæ diu crudæ permanſerint (2), ægrotus non niſi mediante ad inferiora abſceſſu liberabitur.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Πεπασμοὶ ταχύτητα κρίσιος, καὶ ἀσφαλείην εἰς ὑγιείην σημαίνουσιν. Ὠμὰ δὲ, καὶ ἄπεπτα, καὶ ἐς κακὰς ἀποστάσιας τρεπόμενα, ἀκρισίας, καὶ πόνους, ἢ χρόνους, ἢ θανάτους, ἢ τῶν αὐτῶν ὑποστροφάς. Ὅ τι δὲ τουτέων ἔσται μάλιστα, σκέπτεον ἐξ ἄλλων.

1. Coctiones celeritatem judicationis, & ſecuritatem ſanitatis promittunt. Cruda verò, & inconcocta, & in malos abſceſſus converſa, aut judicationis ſublationem, aut dolores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut eorundem recidivas. Quod verò ex his potiſſimùm futurum, ex aliis conſiderandum. M. Pop. P. 661.

2. Ὁκόσοι δ' ἂν οὖρα λεπτὰ καὶ ὠμὰ οὐρέουσι πουλὺν χρόνον, ἢν τ' ἄλλα ὡς περιεσομένοισι σημεῖα ᾖ, τουτέοισιν ἀπόστασιν δεῖ προσδέχεσθαι ἐς τὰ κάτω τῶν φρενῶν χωρία.

2. Quicunque urinas tenues & crudas mingunt multo tempore, ſi alia velut ſuperſtitibus futuris ſigna fuerint, his abſceſſus expectare oportet ad locos infra ſeptum tranſverſum. Prænot. S. 11.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΟΓΔΟΟΣ.

29. ΕΝ Ἀβδήροισιν, Ἀναξίωνα, ὃς κατέκειτο παρὰ τὰς Θρηϊκίας πύλας, πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβε. Πλευροῦ ὀδύνη δεξιοῦ συνεχής· ἔβησσε ξηρά, οὐδ' ἔπτυε τὰς πρώτας· διψώδης, ἄγρυπνος· οὖρα εὔχροα, πολλά, λεπτά. Ἕκτη, παράληρος· πρὸς δὲ τὰ θερμάσματα, οὐδὲν ἐνεδίδου. Ἑβδόμη, ἐπιπόνως· ὁ γὰρ πυρετὸς ἐπέτεινεν, οἵτε πόνοι οὐ ξυνεδίδοσαν, αἵτε βῆχες ἠνώχλεον· δύσπνοός τε ἦν. Ὀγδόη, ἀγκῶνα ἔτεμον· ἐῤῥύη πολλόν, οἷον δεῖ· ξυνέδωκαν μὲν οἱ πόνοι, αἱ μέν τοι βῆχες, ξηραὶ παρείποντο. Ἐνδεκάτῃ, ξυνέδωκαν οἱ πυρετοί· σμικρὰ περὶ κεφαλὴν

ÆGER OCTAVUS.

29. ABderæ Anaxionem ad Threicias portas decumbentem, febris acuta prehendit, lateris dextri dolor continens tenebat, tuſſis erat ſicca, neque quicquam primis diebus expuebat. Siti cruciabatur atque inſomniâ, urinæ probè coloratæ erant, copioſæ & tenues. Sexto die, deliravit. Fotus verò nihil profecerunt. Septimo, moleſtè habuit. Nam & febris intendebatur, neque dolores remiſerant, & tuſſes infeſtabant, & difficilis ſpiratio inerat. Octavo, ſectâ in cubito venâ, multus ſanguis, prout debuit, effluxit, dolores certè remiſerunt, verùm tuſſes ſiccæ perſeverârunt. Undecimo, leniores fuerunt febres, paucus ſudor circa

κεφαλὴν ἵδρωσεν· ἔτι βῆχες, καὶ τὰ ἀπὸ πνεύμονος ὑγρότερα. Ἑπτακαιδεκάτῃ, ἤρξατο σμικρὰ, πέπονα, πτύειν· ἐκουφίσθη. Εἰκοστῇ, ἵδρωσεν, ἄπυρος· μετὰ δὲ κρίσιν ἐκουφίσθη· διψώδης δὲ ἦν, καὶ τῶν ἀπὸ πνεύμονος οὐ χρησταὶ αἱ καθάρσιες. Εἰκοστῇ ἑβδόμῃ, ὁ πυρετὸς ὑπέστρεψεν· ἔβησσεν, ἀνῆγε πέπονα πολλά· οὔροισιν ὑπόστασις πολλὴ, λευκή· ἄδιψος ἐγένετο, εὔπνοος. Τριηκοστῇ τετάρτῃ, ἵδρωσε δι' ὅλου, ἄπυρος· ἐκρίθη πάντα.

circa caput prodiit, etiamnum tuſſes tenebant, & quæ ex pulmone prodibant liquidiora erant. Decimo ſeptimo, cœpit pauca & concocta expuere, allevatus eſt. Vigeſimo, ſudore oborto febre liber fuit, à judicatione verò meliùs habuit. Sitis autem vexabat, nec probæ pulmonis expurgationes erant. Septimo & vigeſimo, rediit febris, tuſſivit, concocta plurima eduxit, in urinis alba, multa ſubſidebant, ſine ſiti erat, bene ſpirans. Trigeſimo quarto, ſudore per totum corpus diffuſo, febre liberatus, & prorſus eſt judicatione abſolutus.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

PLeuritis ſicca, quâ noſter ægrotus laboravit, inter peſſimas lateralis morbi ſpecies ab Hippocrate recenſetur (1). Tuſſes aridæ prolixiorem fore morbum promittunt (2), præſertim cum nulla lethalia ſigna celerem exitum minentur. Hoc prævidens medicorum oculatiſſimus, ad octavum uſque diem venæ ſectionem diſtulit, coctionis ſigna ex bono urinarum colore priùs expectans. Sexto autem die cum deliravit ægrotus, nec fomentationes quicquam profecerunt, febris verò ſine ſignis coctionis vel remiſſione doloris, accedente inſuper dyſpnæâ, increvit, venæ ſectionem die octavo, quam minimè credulus poſtero celebravit. Hinc dolores remiſerunt, lentis tamen (ut prædictum eſt) paſſibus proceſſit morbus, ſtatiſque recreatus diverſoriis, non ante diem trigeſimum quartum deſignatum confecit iter. Reſpondeant jam coctionis & dierum criticorum contemptores, cur febris poſt copioſam ſanguinis miſſionem nil remiſit, quandoquidem hæmorrhagiæ ſpontaneæ die legitimo contingentes, eodem ipſo die febres ſolvunt? Reſpondeant, aio, cur neque nono, nec decimo morbus miteſcebat? Et cur duodecimum non expectavit? Cur itidem ſputa non ante undecimum humeſcebant? Cur die decimo ſeptimo, potiùs quàm decimo ſexto vel decimo octavo, prima coctionis veſtigia apparebant? Et cur vigeſimo, potiùs quàm decimo octavo vel decimo nono, morbus judicatus eſt? Imperfecta fuit

criſis,

criſis, quia pauca tantum die decimo ſeptimo concocta expuebat. Die verò vigeſimo ſeptimo copioſæ coctionis tum in ſputis, tum in urinis, ſigna abſolutam die proximo judicatorio ſolutionem induxerunt. Præſenti itaque hiſtoriâ nil luculentius, nil uberius diebus criticis tum potentiam, tum dignitatem conciliat.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Αἱ ξηραὶ τῶν πλευριτίδων καὶ ἄπτυσται, χαλεπώταται.

1. Pleuritides ſiccæ & ſine ſputo, difficillimæ ſunt. Co. S. 3. No. 126.

2. Πτύαλον δὲ ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσι τριταίω μὲν ἀρχόμενον πεπαίνεσθαι καὶ πτύεσθαι, θάσσους ποιέει τὰς ἀπολύσιας. Ὕστερον δὲ, βραδυτέρας.

2. Sputum in pleuriticis tertio die maturari ac expui incipiens, citiores ſolutiones facit. Verùm poſteriùs, tardiores. Co. S. 3. No. 132.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΝΑΤΟΣ.

30. ΕΝ Ἀβδήροις Ἡρόπυθος, κεφαλὴν ὀρθοστάδην ἐπιπόνως εἶχεν· οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον, κατεκλίθη· ᾤκει πλησίον τῆς ἄνω ἀγωγῆς. Πυρετὸς ἔλαβε καυσώδης, ὀξύς· ἔμετοι τὸ κατ᾽ ἀρχὰς, πολλῶν χολωδέων· διψώδης· πολλὴ δυσφορίη· οὖρα λεπτὰ, μέλανα· ἐναιώρημα μετέωρον ὅτε μὲν, ὅτε δ᾽ οὔ· νύκτα ἐπιπόνως· πυρετὸς ἄλλοτε ἀλλοίως παροξυνόμενος· τὰ πλεῖστα ἀτάκτως. Περὶ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην, κώφωσις· οἱ πυρετοὶ ἐξέτεινον·

οὖρα

ÆGER NONUS.

30. ABderæ, Heropythus rectus & obambulans ex capite doluit, neque verò multò pòſt decubuit. Is habitabat ad ſuperiorem tractum, febris erat ardens, acuta. Statim initio plurima biliosa vomitione refuſa ſunt, ſitis aderat & magna corporis jactatio & incontinentia. Urinæ tenues, nigræ, in quibus interdum quidem ſuſpenſum quiddam in medio innatans ſublime erat, interdum verò non. Nox laborioſa, febrium acceſſiones ſubinde variæ, ac plerumque inordinatæ. Sub decimum verò quartum diem obſurduit, fe-

bres

οὖρα διὰ τῶν αὐτῶν. Εἰκοστῇ, πολλὰ παρέκρουσε, καὶ τὰς ἐπομένας. Τεσσαρακοστῇ, διὰ ῥινῶν ἡμορράγησε πουλὺ, καὶ κατενόει μᾶλλον· ἡ κώφωσις ἐνῆν μὲν, ἧσσον δέ· οἱ πυρετοὶ ξυνέδωκαν· ἡμορράγει τὰς ἐπομένας, πυκνὰ, καὶ κατ' ὀλίγον. Περὶ δὲ τὴν ἑξηκοστὴν, αἱ μὲν αἱμορραγίαι ἀπεπαύσαντο· ἰσχίου δὲ δεξιοῦ ὀδύνη ἰσχυρὴ, καὶ οἱ πυρετοὶ ἐπέτεινον· οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον, πόνοι τῶν κάτω πάντων. Ξυνέπιπτε δὲ ἢ τοὺς πυρετοὺς εἶναι μείζους, καὶ τὴν κώφωσιν πολλὴν· ἢ ταῦτα μὲν ὑφιέναι, καὶ κουφίζειν, τῶν δὲ κάτω περὶ ἰσχία μείζους εἶναι τοὺς πόνους. Ἤδη δὲ περὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν, ξυνέδωκε μὲν πάντα· ξυνέ-

λιπε

bres intendebantur, urinæ eædem. Vigeſimo, itemque proximis diebus permultùm deliravit. Quadrageſimo, multus è naribus ſanguis erupit, magiſque ad ſeſe rediit, ſurditas inerat quidem, verùm minùs vexabat, remiſerunt febres. Conſequentibus diebus crebrò & paulatim ſanguis è naribus profluxit. Ad ſexageſimum verò diem, deſierunt quidem ſanguinis è naribus eruptiones, verùm coxendicis dextræ vehemens dolor tenuit, ac febres intendebantur. Neque verò multò pòſt, inferiorum omnium partium dolores exorti ſunt. Contigit autem ut aut febres majores eſſent, ſurditaſque juncta, aut iſta quidem remitterent & allevarent, verùm inferiorum ad coxendices partium graviores fierent dolores. Jam verò ad octogeſimum remiſerunt quidem omnia, verùm

λίπε δὲ οὐδέν· οὖρά τε γὰρ εὔχροα, καὶ πλείους ὑποστάσιας ἔχοντα κατέβαινεν· οἱ παράληροί τε μείους ἦσαν. Περὶ δὲ ἑκατοστὴν, κοιλίη πολλοῖσι χολώδεσιν ἐπεταράχθη· καὶ ἤδη χρόνον οὐκ ὀλίγον πολλὰ τοιαῦτα· καὶ πάλιν δυσεντεριώδεα μετὰ πόνου, τῶν δὲ ἄλλων ῥαστώνη. Τὸ δὲ σύνολον οἵ τε πυρετοὶ ἐξέλιπον, καὶ ἡ κώφωσις ἐπαύσατο. Ἐν ἑκατοστῇ εἰκοστῇ, τελέως ἐκρίθη.

rùm nihil dereliquit. Nam & urinæ probati coloris, in quibus plura ſubſidebant, prodierunt, & deliria ſunt imminuta. Circiter centeſimum, alvus bilioſis multis perturbata eſt, nec pauco tempore talia multa procedebant, tandemque inteſtinorum difficultas cum dolore vexavit, cætera commodè habebant. In totum autem, tum febres reliquerunt, tum ſurditas deſiit. Centeſimo vigeſimo, prorſus judicatione abſolutus eſt.

DEMONSTRATIO.

EXemplum præbet Heropythus febris ardentis acutæ, ejuſmodi ſtipatæ ſymptomatis, quæ morbos præcipites & lethales ſolent comitari, viz. vomitibus copioſis (1), bilioſis, & urinis nigris; quæ nihilominus in longum ſpatium protracta eſt, nec exitum habuit infauſtum. Quamvis autem non conſtat, quo naturæ beneficio in tantum confractæ ſint morbi vires, ut erroneo modo ad quatuor menſes extenderetur, non tamen dubito, quin difficultas penitus dirimeretur, ſi, quo ordine, & quibus diebus incidiſſent hæc phænomena, noſceremus: Vel ſi reſpirationem (2), corporis robur, & tolerantiam ægroti delineâſſet Hippocrates. Hæc enim non minùs ad vitam tuendam, quam ad diruendam altera illa valent. Nec prætereundum eſt, quod aliàs obſervavit Hippocrates, nempe urinas nigras in febribus erroneis non mortem ſemper, ſed tranſitum in alium morbum ſignificare (3).

Ad reliqua quod ſpectat, patet, multa in hoc morbo medico ſagaci præſagienda fuiſſe. Imprimis, morbi longitudinem, ex mutationibus in urinis (4), & motu febris vago (5); deinde, manente poſt diem vigeſimum capitis dolore (6), & urinâ crudâ (7), prænovit medicus, morbum non niſi fluxu ſanguinis è naribus, vel abſceſſu ad inferiora judicandum fore; &, ex dolore capitis ante febris invaſionem, docemur, mineram morbi in cerebro latitare (8). Quot verò dies poſt vigeſimum dura-

tura

tura ſit febris, nullæ nec Hippocratis, nec recentiorum obſervationes hactenus propalarunt, nec niſi cognitis ægroti viribus, & morbi tolerantiâ, locus conjecturæ datur.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Ἔμετος δὲ ὠφελιμώτατος, ὁ φλέγματος καὶ χολῆς ξυμμεμιγμένος ὡς μάλιστα, καὶ μὴ παχὺς κάρτα, μήτε πουλύς. Οἱ γὰρ ἀκρητέστεροι, κακίους εἰσιν.

2. Εὔπνοιαν δὲ χρὴ νομίζειν κάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν ἐς σωτηρίην ἐν ἅπασι τοῖσιν ὀξέσι νουσήμασιν, ὅσα σὺν πυρετοῖσιν ἐστὶ, καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρησι κρίνονται.

Ἐν πάσῃ νούσῳ —— εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν. Τὸ δὲ ἐναντίον, κακόν.

Ἐστὶ

1. Vomitus commodiſſimus eſt ex pituitâ & bile quàm maximè permiſtus, & non craſſus valde, neque multus. Meraciores verò, deteriores ſunt. Prænot. S. 12.

2. Bonam verò reſpirationem putare convenit magnam vim habere ad ſalutem in omnibus acutis morbis, qui cum febribus ſunt, & in quadraginta diebus judicantur. Prænot. S. 4.

In omni morbo ---- bene ſe habere ad ea quæ offeruntur, bonum eſt. Contrarium verò, malum. Aph. S. 2. No. 33.

Bona

Ἐστὶ δὲ τὰ μὲν ἀγαθὰ τάδε, εὐπετέως φέρειν τὸ νόσημα, εὔπνουν εἶναι.

Bona autem ſunt hæc, facilè ferre morbum, bene ſpirare. Prænot. S. 14.

3. Τὰ δὲ ἐν πλανώδεσι πυρετοῖσι μέλανα νεφέλια, τεταρταίου.

3. At in erroneis febribus nubeculæ nigræ, quartanam indicant. Co. S. 5. No. 50.

4. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐὰν μεταβολὰς ἔχῃ τὸ οὖρον, χρόνον τε σημαίνει, καὶ ἀνάγκη τῷ ἀσθενέοντι μεταβάλλειν καὶ ἐπὶ τὰ χείρω, καὶ ἐπὶ θάτερα.

4. In febribus ſi mutationes habeat urina, diuturnitatem ſignificat, & neceſſe eſt ægrotum mutari & ad deteriora, & ad alteram partem. Judicat. S. 7.

5. Καὶ ὅκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαί, καὶ ἢν τὸ σῶμα καταψύχηται, ἢ αὖθις θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνηται, μῆκος νούσου σημαίνει.

5. Et ubi in toto corpore mutationes fiunt, & ſi corpus perfrigeretur, aut rurſus calefiat, aut color alius ex alio oriatur, morbi longitudinem ſignificat. Aph. S. 4. No. 40.

6. Κεφαλῆς δ' ὀδύναι ἰσχυραί τε καὶ συνεχέες ξὺν πυρετῷ, ἢν μέν τι τῶν θανατωδέων σημείων προσγίνοιτο, ὀλέθριον κάρτα. Εἰ δὲ ἄτερ τῶν τοιουτέων σημείων ἡ ὀδύνη ὑπερβάλλοι εἴκοσιν ἡμέρας,

6. Capitis dolores fortes & continui cum febre, ſiquidem lethalium ſignorum quid acceſſerit, pernicioſi valde ſunt. Si verò abſque talibus ſignis dolor viginti dies tranſmiſerit,

ρας, ὅ τε πυρετὸς ἔχοι, ὑποσκέπτεσθαι χρὴ αἵματος ῥῆξιν διὰ ῥινῶν, ἢ ἄλλην τινὰ ἀπόστασιν ἐς τὰ κάτω χωρία.

rit, & febris tenuerit, ſanguinis è naribus eruptionem, aut abſceſſum aliquem ad infernas partes expectare oportet. Prænot. S. 22.

7. Ὁκόσοι δ' ἂν οὖρα λεπτὰ καὶ ὠμὰ οὐρέουσι πουλὺν χρόνον, ἢν τ' ἄλλα ὡς περιεσομένοισι σημεῖα ᾖ, τουτέοισιν ἀπόστασιν δεῖ προσδέχεσθαι ἐς τὰ κάτω τῶν φρενῶν χωρία.

7. Quicunque urinas tenues & crudas mingunt multo tempore, ſi alia velut ſuperſtitibus futuris ſigna contingant, his abſceſſum expectare oportet ad locos infra ſeptum tranſverſum. Prænot. S. 11.

8. Ἀτὰρ ἢν καὶ προπεπονηκός τι ᾖ πρὸ τοῦ νοσέειν, ἐνταῦθα στηρίζει ἡ νοῦσος.

8. Sed & ſi quid doluerit ante morbum, ibi ſe figit morbus. Aph. S. 4. No. 33.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΕΚΑΤΟΣ.

31. ΕΝ Ἀβδήροισι, Νικόδημον, ἐξ ἀφροδισίων καὶ πότων, πῦρ ἔλαβεν. Ἀρχόμενος δὲ ἦν ἀσώδης, καὶ καρδιαλγικὸς, διψώδης· γλῶσσα ἐπεκαύθη· οὖρα λεπτὰ, μέλανα. Δευτέρῃ, ὁ πυρετὸς παρωξύνθη· φρικώδης, ἀσώδης· οὐδὲν ἐκοιμήθη· ἤμεσε χολώδεα, ξανθά· οὖρα ὅμοια· νύκτα δι' ἡσυχίης· ὕπνωσε. Τρίτῃ, ὑφῆκε πάντα, ῥαστώνη δὲ ἦν· περὶ ἡλίου δυσμὰς, πάλιν ὑπεδυσφόρει· νύκτα ἐπιπόνως. Τετάρτῃ, ῥῖγος, πυρετὸς πουλὺς, πόνοι πάντων· οὖρα λεπτά·

ÆGER DECIMUS.

31. ABderæ, Nicodemus ex venere & potu febre correptus eſt. Per initia autem, ſtomachi faſtidio & oris ventriculi dolore cum ſiti conflictabatur. Lingua exuſta eſt, urinæ tenues ac nigræ. Poſtridie febris invaſit cum horroris ſenſu & ſtomachi faſtidio, nihil dormivit, bilioſa, flava, vomitione ſunt refuſa, urinæ eædem perſeverabant, noctem quietam tranſegit, ſomnum cepit. Tertio die, imminuta ſunt omnia, & tranquillitas adfuit. Sub Solis occaſum rurſus corporis implaciditate aliquantulùm tentatus eſt, noctem permoleſtè tulit. Quarto, rigor cepit, febris magna, omnium dolores aderant, urinæ tenues erant, ac ſuſpenſum quiddam in medio

λεπτά· ἐναιώρημα. Ἕκτη, παρέκρουσε πολλά. Ἑβδόμη, ῥαστώνη. Ὀγδόη, τὰ ἄλλα ξυνέδωκε πάντα. Δεκάτη, καὶ τὰς ἑπομένας, ἐνῆσαν μὲν οἱ πόνοι, ἧσσον δὲ πάντες. Οἱ δὲ παροξυσμοὶ, καὶ οἱ πόνοι τουτέῳ διὰ τέλεος ἐν ἀρτίῃσιν ἦσαν μᾶλλον. Εἰκοστῇ, οὔρησε λευκὸν, πάχος εἶχε, κείμενον οὐ καθίστατο· ἵδρωσε πολλά· ἔδοξεν ἄπυρος γενέσθαι, δείλης δὲ πάλιν ἐθερμάνθη, καὶ οἱ αὐτοὶ πόνοι· φρίκη, δίψα· σμικρὰ παρέκρουσεν. Εἰκοστῇ τετάρτῃ, οὔρησε πουλὺ, λευκὸν, πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον· ἵδρωσε πολλῷ θερμῷ δι' ὅλου. Ἄπυρος, ἐκρίθη.

medio innatans habebant. Sexto, multùm deliravit. Septimo, allevatio fuit. Octavo, cætera remiſerunt omnia. Decimo, ſequentibuſque diebus dolores quidem tenuerunt, verùm leviores erant. Acceſſiones verò & dolores hunc perpetuò diebus ferè paribus invaſerunt. Vigeſimo, urinam reddidit albam, cui craſſitudo inerat, nec depoſita ſubſidebat, copioſo ſudore profuſo viſus à febre liber eſſe. Sub veſperam autem rurſus incaluit, iidemque dolores vexârunt, horror adfuit, ſitis, nonnihil deliravit. Quarto & vigeſimo, copioſam urinam albam reddidit, in quâ multa ſubſidebant. Sudore calido copioſo per totum corpus diffuſo, à febre judicatione eſt abſolutus.

DEMONSTRATIO.

IN hoc ægroto, reſpirationis & virium corporis enarratio deſideratur; hiſce enim multùm depravatis, vix diem quartum vel quintum ſuperaturum ægrotantem ſperaverim: Sed cum ſecùs res cecidit, veriſimile eſt integras admodùm fuiſſe vires, & reſpirationem non magnoperè læſam. Hoc ſi conceditur, urina nigra minùs metuenda erit, quæ, licèt ſignum admodùm lethale ſit, ſalutaribus tamen hiſce non leviter compenſatur; namque vel in morbis graviſſimis, reſpiratio inculpata (1) & robur corporis ſpem faciunt (2). Huic etiam conjecturæ vomitus laudabilis (3), nox quieta, & ſomnus cum remiſſione ſymptomatum ſuffragantur (4), nec poſt auſpicata hæc ſigna, urina nigra rurſus invaluit. Tenuis enim cum enaioremate die quarto evaſit, quæ quidem mutatio non improbanda fuit, licèt phrenitidem indicavit (5), quoniam nigra exiſtens mortem minata eſt, & omnes mutationes bonæ ſunt (6), ſi non ad pejora mutantur. Quantum profecit vomitus ille criticus, ex jam dictis conſtat; morbo autem in ſtatu cruditatis amovendo omnino fuit impar. Ergo die quarto renovata eſt febris, & ſexto delirium, quarto indicatum, aderat. Retuſam fuiſſe morbi aciem poſt diem ſextum, ſequentium dierum imminuti dolores demonſtrant. Febrilem verò ignem nec copioſus die vigeſimo ſubortus ſudor extinxit, nec vigeſimo quarto renovatus pugnam diremiſſet, ni coctrices copiæ in auxilium inſuper properâſſent.

ΠΡΟΓ-

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Εὔπνοιαν δὲ χρὴ νομίζειν κάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν ἐς σωτηρίην ἐν ἅπασι τοῖσιν ὀξέσι νουσήμασιν, ὅσα σὺν πυρετοῖσιν ἐστι, καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνονται.

Ἐν πάσῃ νούσῳ —— εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν. Τὸ δὲ ἐναντίον, κακόν.

Ἐστὶ δὲ τὰ μὲν ἀγαθὰ τάδε, εὐπετέως φέρειν τὸ νούσημα, εὔπνουν εἶναι.

2. Τῇσι δ' ἐν ἀρχῇσι τῶν πυρετῶν, ἤν τε παραφροσύνη ἐπιγένηται, ἤν τε ἀπόπληξις τῶν μελέων τινὸς, εἰδέναι τὸν ἄνθρωπον ἀπολλύμενον, ἢν μὴ παντάπασιν ἢ τῶν καλλίστων τι σημεῖον ἐπιγένηται, ἢ σῶμα ἀρέτῃ ὑποκέηται.

3. Ἤν,

1. Bonam verò reſpirationem putare convenit magnam vim habere ad ſalutem in omnibus acutis morbis, qui cum febribus ſunt, & in quadraginta diebus judicantur. Prænot. S. 4.

In omni morbo ---- bene ſe habere ad ea quæ offeruntur, bonum eſt. Contrarium verò, malum. Aph. S. 2. No, 33.

Bona autem ſunt hæc, facilè ferre morbum, bene ſpirare. Prænot. S. 14.

2. Cæterùm in principiis febrium, ſive delirium acceſſerit, ſive alicujus membri ſyderatio, periturum hominem ſciendum eſt, ſi non omnino aut ex optimis ſignis aliquod accedat, aut corporis vires adſint. Prædict. L. 2. S. 23.

3. Si,

3. Ἢν, οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τὲ, καὶ εὐφόρως φέρουσι. Τὰ δὲ ἐναντία, δυσχερῶς.

3. Si, qualia oportet purgari, purgentur, confert, & facilè ferunt. Si verò contraria, difficulter. Aph. S. 1. No. 25.

4. Ἂν ὦ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον. Ἢν δὲ ὕπνος ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον.

4. Quo in morbo ſomnus laborem facit, lethale. Si verò ſomnus juvet, non lethale. Aph. S. 2. No. 1.

5. Ὁκόσοισιν οὖρα διαφανέα λευκὰ, πονηρά. Μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐπιφαίνεται.

5. Quibus urinæ pellucidæ albæ, malæ. Maximè autem in phreniticis obſervantur. Aph. S. 4. No. 72.

6. Αἱ μεταβολαὶ ὠφελέουσιν, ἢν μὴ ἐς πονηρὰ μεταβάλλῃ.

6. Mutationes juvant, ſi non ad prava mutantur. M. Pop. P. 690.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΝΔΕΚΑΤΟΣ.

32. ΕΝ Θάσῳ, γυνὴ δυσήνιος, ἐκ λύπης μετὰ προφάσιος ὀρθοστάδην ἐγένετο ἄγρυπνός τε, καὶ ἄσιτος· καὶ διψώδης ἦν, καὶ ἀσώδης· ᾤκει δὲ πλησίον τοῦ Πυλάδου, ἐπὶ τοῦ Λείου. Τῇ πρώτῃ, ἀρχομένης νυκτὸς, φόβοι, λόγοι πολλοὶ, δυσθυμίη, πυρέτιον λεπτόν· πρωῒ, σπασμοὶ πολλοί· ὅτε δὲ διαλίποιεν οἱ σπασμοὶ οἱ πολλοὶ, παρέλεγεν, ἠσχρομύθει· πολλοὶ πόνοι, μεγάλοι, ξυνεχέες. Δευτέρῃ, διὰ τῶν αὐτῶν· οὐδὲν ἐκοιμᾶτο· πυρετὸς ὀξύτερος. Τρίτῃ,

ÆGER UNDECIMUS.

32. MUlier quædam in Thaſo auſtera & aſpera, ex mœrore manifeſto recta adhuc & obambulans, inſomniâ & ciborum faſtidio tentata eſt, ſiti & magnâ corporis æſtuatione premebatur. Habitabat autem ad Pyladis ædes in Plano. Primo die, appetente nocte, metus, ſermones multi, animi ægritudo, febricula levis cepit, manè convulſiones multæ vexârunt. Ac ſicubi convulſiones illæ multæ intermitterent, delirabat, obſcæna loquebatur, dolores multi, vehementes & continentes aderant. Poſtridie eadem perſeverârunt, ſomnum non cepit, febris ingraveſcebat. Tertio, convulſiones

τῇ, οἱ μὲν σπασμοὶ ἀπέλιπον, κῶμα δὲ καὶ καταφορὴ, καὶ πάλιν ἔγερσις· ἀνήϊσσε, κατέχειν οὐκ ἠδύνατο, παρέλεγε πολλά· πυρετὸς ὀξύς. Ἐς νύκτα δὲ ταύτην ἵδρωσε πολλῷ θερμῷ δι' ὅλου· ἄπυρος· ὕπνωσε, πάντα κατενόει, ἐκρίθη. Περὶ δὲ τὴν τρίτην ἡμέρην, οὖρα μέλανα, λεπτά· ἐναιώρημα δὲ ἐπὶ πολὺ στρογγύλον· οὐχ ἵδρυτο. Περὶ δὲ κρίσιν, γυναικεῖα πολλὰ κατέβη.

ſiones certè ceſſârunt, ſopor verò atque in ſomnum degravatio tenuit, rurſumque expergefacta eſt, exiliit, neque ſeſe continere poterat, multùm delirabat, febris erat acuta. Eâdem autem nocte ſudor copioſus, calidus, toto corpore dimanavit, à febre immunis fuit, ſomnum cepit, omnino ad ſeſe rediit, judicatione eſt abſoluta. Ad tertium verò diem, urinæ nigræ, tenues erant, habebantque in medio ſuſpenſum quiddam innatans, rotundum admodùm; neque ſubſidebat. Sub judicium autem muliebria copioſa profluxerunt.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

COnſtat mulierem hanc melancholicam fuiſſe, atque ex retentis menſibus gravia & periculoſa hæc ſymptomata excitata eſſe, ſanguine nempe ſibi exitum quærente. Iiſdem etiam cauſis, viz. melancholiæ & menſtruis obſtructis, urinæ nigræ debentur, quas in tali caſu innocuas eſſe ſæpe etiam antea obſervavimus; ut & febres hinc ortas non feliciter ſolummodo, ſed & ſine prægreſſa coctione, judicatas fuiſſe. Non inficias eo, quin in hujuſmodi morbis difficile admodùm ſit medico vel prudentiſſimo eventum præſagire. Nec horrenda hæc ſymptomata Hippocrate minùs perſpicax quiſpiam immotus ſpectâſſet; ille verò nec in rebus anguſtiſſimis cultores ſuos deſerit, ſed è tenebris tantis aliquid ſaltem luminis extollit. Animadvertendum igitur eſt, ægrotam noſtram diu moroſam & mœſtitiæ deditam fuiſſe, quam cùm ferinum delirium ſubitò invaſit cum corporis & animi ſummâ perturbatione, hæmorrhagiâ aliquâ ſalutari liberari poſſe (1), non temerè ſuſpicandum eſt. Febricula quoque levis, primo exorta die, conceptam ſpem auget; quæ cum die ſecundo increvit, non ſolutionem ſolummodo convulſionum (2), ſed & ſolutionis diem delineavit (3). Tertio itaque convulſiones evaneſcebant, & mox, profuſo ſudore & largâ menſtruorum eruptione, delirium, cæteraque animi pathemata penitùs fugantur.

ΠΡΟΓ-

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΤΑ ἐξαίφνης παρακρούσαντα ἀλυσμῷ, αἱμοῤῥαγικά.

1. QUibus in morbis ſubita fit mentis percuſſio cum inquietâ corporis jactatione, iis ſanguinis eruptionem fore ſpes eſt. Co. S. 2. No. 45.

2. Σπασμοῦ λυτικὸν πυρετὸς ἐπιγινόμενος ὀξὺς, μὴ πρότερον γεγονώς. Εἰ δὲ εἴη πρότερον γεγονὼς, παροξυνθείς.

2. Convulſionem ſolvit febris ſuperveniens acuta, quæ priùs non fuit. Si verò priùs fuit, jam exacerbata. Co. S. 3. No. 84.

Καὶ τετάνου ἔχοντος, καὶ σπασμοῦ, πῦρ ἐπιγίνεσθαι, ἀγαθόν.

Et tetano, & convulſione occupante, igneum ardorem ſupervenire, bonum. Morb. L. 1. P. 8. No. 14.

Ὑπὸ σπασμοῦ, ἢ τετάνου ἐνοχλουμένῳ, πυρετὸς ἐπιγινόμενος λύει τὸ νόσημα.

A convulſione, aut tetano occupato, febris ſuperveniens morbum ſolvit. Aph. S. 4. No. 57.

3. Ἀπὸ σπασμοῦ πυρετὸς ἢν ἐπιλάβῃ, παύεται αὐθημέρον, ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ.

3. A convulſione ſi febris invaſerit, ſedatur eodem die, aut ſequenti, aut omnino tertio. De Locis in Homine. S. 48.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ἈΡΡΩΣΤΟΣ ΔΩΔΕΚΑΤΟΣ.

33. ἘΝ Λαρίσσῃ, παρθένον πυρετὸς ἔλαβε καυσώδης, ὀξύς· ἄγρυπνος, διψώδης· γλῶσσα λιγνυώδης, ξηρή· οὖρα εὔχροα μὲν, λεπτὰ δέ. Δευτέρῃ, ἐπιπόνως· οὐχ ὕπνωσε. Τρίτῃ, πολλὰ διῆλθεν ἀπὸ κοιλίης, ὑδατόχροα· καὶ τὰς ἐπομένας δὲ ἡμέρας τοιαῦτα εὐφόρως. Τετάρτῃ, οὔρησε λεπτὸν, ὀλίγον· εἶχεν ἐναιώρημα μετέωρον, οὐχ ἵδρυτο· παρέκρουσεν ἐς νύκτα. Ἕκτῃ, διὰ ῥινῶν λαῦρον ἐῤῥύη πουλύ· φρίξασα, ἵδρωσε

πολλῷ

ÆGER DUODECIMUS.

33. LAriſſæ, virginem quandam febris ardens & acuta prehendit, pervigil erat, ſitibunda, lingua fuliginoſa, arida. Urinas probati quidem coloris reddidit, tenues tamen. Poſtridie moleſtè habuit, non dormivit. Tertio die, alvus aquoſa multa tranſmiſit, proximiſque diebus talia commodè prodierunt. Quarto, urinam tenuem, paucam reddidit, quæ ſuſpenſum quid in medio innatans ſublime habebat, neque ſubſidebat, ſub noctem deliravit. Sexto, ex naribus ſanguis abundè multus effluxit, atque ubi inhorruiſſet, ſudore co-

πολλῷ θερμῷ δι' ὅλου· ἄπυρος, ἐκρίθη. Ἐν δὲ τοῖσι πυρετοῖσι, καὶ ἤδη κεκριμένων, γυναικεῖα κατέβη τότε πρῶτον· παρθένος γὰρ ἦν. Ἦν δὲ διὰ παντὸς ἀσώδης, φρικώδης· ἔρευθος προσώπου, ὀμμάτων ὀδύνη· καρηβαρική. Ταύτῃ οὐχ ὑπέστρεψεν, ἀλλ' ἐκρίθη. Οἱ πόνοι ἐν ἀρτίῃσιν.

pioſo calido per totum corpus diffluente, ex febre immunis judicatione liberata eſt. In febribus autem, jamque peractâ judicatione, tum primùm muliebria deſcenderunt, quòd illibatæ virginitatis eſſet. Prorſus verò ſtomachi faſtidio laborabat, horrebat, faciei rubor aderat, oculorum dolor & capitis gravitas. Huic morbus non repetiit, ſed judicatione eſt abſoluta. Dolores diebus paribus invadebant.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

EX menſibus diutiùs quàm par erat remoratis, & tandem difficulter prodeuntibus, febris hæc originem duxit; & præcedentis inſtar, ſudore & ſanguinis fluxu ſine coctione judicata eſt. Licet ſymptomata mitius in hâc ægrâ proceſſerint, attamen ex vigiliis (1), linguâ aridâ (2), & urinis tenuibus impendens delirium medicum ſagacem non effugiet (3). Quod tamen excretiones alvi aquoſæ cum levamine (4), magnopere metuendum vetant. Capitis quoque gravitas (5) cum vigiliis & faciei rubore (6), morbum hæmorrhagiâ aliquâ criticâ judicandum fore non leviter pollicetur. Quonam verò die criſis prædicta prævalebit, ex dictis non conſtat. Rariſſimè enim die ſexto febres feliciter judicantur, ideòque narrationi notam ſubnectit Hippocrates, Non revertit morbus, ſed judicatione eſt ſolutus. Quaſi demiratus eſſet febrem die tam infauſto terminari. Quinetiam ut rationem redderet inſuetæ admodùm ſine recidivâ ſolutionis, ait, In febribus autem, jamque peractâ judicatione, tum primùm muliebria deſcenderunt (7).

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Ἢ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης τὲ καὶ πόνων ἀγρυπνίη, ἢ παραφροσύνη

1. AUT enim præ dolore & afflictionibus vigiliæ adſunt,

ἐκφροσύνη ἔσται ἀπὸ τουτέου τοῦ σημείου.

ſunt, aut delirium aderit ab hoc ſigno. Prænot. S. 9.

2. Αἱ δασεῖαι κατάξηροι γλῶσσαι, φρενιτικαί.

2. Aſperæ & reſiccatæ linguæ phrenitidem denunciant. Co. S. 2. No. 150.

3. Ὁκόσοισιν οὖρα διαφανέα λευκὰ, πονηρά. Μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐπιφαίνεται.

3. Quibus urinæ pellucidæ albæ, malæ. Maximè autem in phreniticis obſervantur. Aph. S. 4. No. 72.

4. Ἢν, οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τὲ, καὶ εὐφόρως φέρουσι. Τὰ δὲ ἐναντία, δυσχερέως.

4. Si, qualia purgari oportet, purgentur, confert & facilè ferunt. Contraria verò, difficulter. Aph. S. 1. N. 25.

5. Οἱ καρηβαρικοὶ, κατὰ βρέγμα ὀδυνώδεες, ἄγρυπνοι, αἱμοῤῥαγικοί.

5. Capite gravati, juxta ſinciput dolentes, inſomnes, ſanguinem fundunt. Prædict. S. 19. L. 1.

6. Τῶν πυρεσσόντων οἷσι μὲν ἐρυθήματα ἐπὶ προσώπων, καὶ πόνος κεφαλῆς ἰσχυρὸς, καὶ σφυγμὸς φλεβῶν, αἵματος ῥύσις τὰ πολλὰ γίνεται.

6. Febrientibus quibus rubores ſunt in facie, & dolor capitis fortis, & venarum pulſationes, his ſanguinis fluxus plerumque fit. Co. S. 1. No. 199.

7. Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισι μετὰ κρίσιν, ὑποστροφὰς ποιέειν εἴωθεν.

7. Quæ in morbis poſt criſin relinquuntur, recidivas facere ſolent. Aph. S. 2. No. 12.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

34. ΑΠολλώνιος, ἐν Ἀβδήροισιν, ὀρθοςάδην ὑπεφέρετο χρόνον πουλύν. Ἦν δὲ μεγαλόσπλαγχνος· καὶ περὶ ἧπαρ ξυνήθης ὀδύνη χρόνον πουλὺν παρείπετο, καὶ δὴ τότε καὶ ἰκτερώδης ἐγένετο· φυσώδης, χροιῆς τῆς ὑπολεύκου. Φαγὼν δὲ βόειον, καὶ πιὼν ἀκαιροτέρως, ἐθερμάνθη σμικρὰ τὸ πρῶτον, κατεκλίθη· γάλαξι δὲ χρησάμενος ἑφθοῖσι καὶ ὠμοῖσι, πολλοῖσιν, αἰγείοισι καὶ μηλείοισι, καὶ διαίτῃ κακῇ, πάντων αἱ βλάβαι μεγάλαι. Οἵτε γὰρ πυρετοὶ παρωξύνθησαν, κοιλίη τε τῶν προσενεχθέντων οὐδὲν διέδωκεν ἄξιον λόγου· οὖρά τε λεπτὰ, καὶ ὀλίγα

ÆGER DECIMUS TERTIUS.

34. ABderæ Apollonius, diu rectus & obambulans morbum ſuſtinuit. In tumorem autem ei elata erant viſcera, & conſuetus hepatis dolor longo tempore perſeveravit, ac tunc ſanè etiam auriginoſus factus eſt, flatibus abundabat, & colore erat ſubalbido. Ex intempeſtiviore verò potu & bubulæ eſu, aliquantulùm primùm incaluit, decubuit. Deinde cùm lacte uſus eſſet copioſo crudo & cocto, caprillo & ovillo, vitioſâque victûs ratione, inſignes omnes offenſiones factæ ſunt. Nam & febres exaſperatæ ſunt, neque memorabile aliquid ex ingeſtis alvus reddidit, urinæ tenues

ὀλίγα διηνεκῶς· ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν· ἐμφύσημα κακὸν, πουλὺ δίψος· κωματώδης· ὑποχονδρίου δεξιοῦ ἔπαρμα ξὺν ὀδύνῃ, ἄκρεα πάντοθεν ὑπόψυχρα· σμικρὰ παρέλεγε· λήθη πάντων, ὅ, τι λέγοι· παρεφέρετο. Περὶ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἀφ' ἧς ῥιγώσας ἀπεθερμάνθη, κατεκλίθη, καὶ ἐξεμάνη *· βοὴ, ταραχὴ, λόγοι πολλοὶ, καὶ πάλιν ἵδρυσις· καὶ τὸ κῶμα τηνικαῦτα προσῆλθε. Μετὰ δὲ ταῦτα, κοιλίη ταραχώδης, πολλοῖσι, χολώδεσιν, ἀκρήτοισιν, ὠμοῖσιν· οὖρα μέλανα, σμικρὰ, λεπτά· πολλὴ δυσφορίη· τὰ τῶν διαχωρημάτων ποικίλως· ἢ γὰρ μέλανα, καὶ

tenues & paucæ, neque ſomnum capiebat, mala inflatio aderat, ſitis multa, ſopore detinebatur, præcordia dextra cum dolore intumuerant, extrema undiquaque frigeſcebant, aliquantulùm delirabat, omnium quæ dixiſſet capiebat oblivio, mente emovebatur. Ad decimum quartum diem, ex quo ſuborto rigore incaluit, decubuit, vehementer inſanivit, clamor, perturbatio, ſermo multus, mox contrà repreſſus eſt, atque tum ſopor invaſit. Deinde verò alvus perturbata, copioſa, bilioſa, ſincera & cruda demiſit, urinæ nigræ, paucæ, tenues erant, magna corporis implaciditas, alvi recrementa varia. Nempe vel nigra, pauca &

* Ita vulgò legitur. Sed certè iis, quæ in principio hujuſce Hiſtoriæ narrantur, meliùs reſponderet, ſi ſic legatur, ἀφ' ἧς ῥιγώσας ἐπεθερμάνθη καὶ κατεκλίθη, ἐξεμάνη.

καὶ σμικρὰ, καὶ ἰώδεα, ἢ λιπαρὰ, καὶ ὠμὰ, καὶ δακνώδεα· κατὰ δὲ χρόνους ἐδόκεε καὶ γαλακτώδεα διδόναι. Περὶ δὲ εἰκοστὴν τετάρτην, διὰ παρηγορίης, τὰ μὲν ἄλλα ἐπὶ τῶν αὐτῶν· σμικρὰ δὲ κατενόησεν (ἐξ οὗ δὲ κατεκλίθη, οὐδενὸς ἐμνήσθη·) πάλιν δὲ ταχὺ παρενόει· ὥρμητο πάντα ἐπὶ τὸ χεῖρον. Περὶ δὲ τριηκοστὴν, πυρετὸς ὀξύς· διαχωρήματα πολλὰ, λεπτά· παράληρος, ἄκρεα ψυχρά· ἄφωνος. Τριηκοστῇ τετάρτῃ, ἀπέθανε. Τούτῳ διὰ τέλεος, ἐξ οὗ καὶ ἐγὼ οἶδα, κοιλίη ταραχώδης, οὖρα λεπτὰ, μέλανα· κωματώδης, ἄγρυπνος· ἄκρεα ψυχρά· παράληρος διὰ τέλεος.

& virulenta, vel pinguia, cruda & mordacia dejecit, ac tandem etiam lacti ſimilia reddere viſus eſt. Sub vigeſimum quartum diem, allevatio fuit, in reliquo quidem eadem perſeveravere, verùm aliquantulùm ad intelligentiam rediit (ex quo namque decubuerat, nihil meminit) ſtatimque rurſus deſipiebat, atque in deterius omnia tendebant. Circa trigeſimum verò diem, febris acuta invaſit, alvi recrementa copioſa & tenuia, delirus fuit, extrema perfrixerunt, vox defecit. Quarto & trigeſimo, vitâ defunctus eſt. Ex quo eum vidi, huic perpetuò alvus turbulenta fuit, urinæ tenues, nigræ, ſopore detentus & inſomnis, extremitates frigidæ, per totum morbum deliravit.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

AD criticam acutorum prædictionem, hujus ægroti hiſtoria parùm vel nil confert; quoniam febris ipſa ſymptomatica, & quaſi cataſtrophe affectionis diuturnæ videtur. Nam à primo morbi inſultu, actum eſſe de ægroto, nulli non medico prævidere licet, cum ex tam longâ & fixâ viſcerum obſtructione morbum proveniſſe repererit (1).

Jecur, ventris inferioris viſcus nobiliſſimum, vitæque ſalubriter producendæ apprime neceſſarium, præcipuè fuit affectum; ergò vehementia febris erit pro ratione partis læſæ (2), unde originem duxit. Pervigil itaque ab initio fuit, ſoporoſus, ad extrema frigidus, & delirus. Excreta ejuſdem penitus proſapiæ fuerunt, urina nigra, alvus nunquam non turbata, cum peſſimæ notæ excrementis (3), viz. bilioſis, nigris, ſinceris, virulentis, pinguibus, crudis, mordentibus, & aliquando lacti ſimilibus; quæ tantum aberant à levando, ut inde potiùs febres exaſperatæ fuerint. Morituro ergò ægroto omnia ſuffragantur, nec præterquam quod tam diu ſupererat, ulla præſagienti difficultas oritur. Sed & hoc quoque ex varietate excrementorum quodammodo poſſit intelligi (4). Trigeſimo autem die imminere mortem, excrementa copioſa cum vocis privatione teſtantur (5), ægroto jam olim ſoporoſo (6) & deliro exiſtente (7).

ΠΡΟΓ-

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΕΝ δὲ τῷ ἡμιτριταίῳ καλεομένῳ ξυμπίπτει μὲν καὶ ὀξέα νουσήματα γίνεσθαι, καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἐστὶ θανατωδέστατος. Ἀτὰρ καὶ φθινώδεες, καὶ ὅσοι ἄλλα μακρότερα νουσήματα νουσέουσιν, ἐπὶ τουτέω μάλιστα νουσέουσι.

1. AT in ſemitertiana appellata contingit quidem & acutos morbos fieri, & eſt hæc præ cæteris maximè lethalis. Sed tabidi, & quicunque ex aliis longis morbis ægrotant, ex hoc maximè ægrotant. M. Pop. P. 671.

2. Οὐ γὰρ λαμβάνει πυρετὸς ἰσχυρὸς ἀδυνατεόντων τῶν χωρίων.

2. Non enim corripit febris vehemens locis impotentibus. Judicat. S. 11.

3. Ὑδαρὲς δὲ κάρτα, ἢ λευκὸν, ἢ χλωρὸν, ἢ ἐρυθρὸν ἰσχυρῶς, ἢ ἀφρῶδες διαχωρέειν, πονηρὰ ταῦτα πάντα. Ἔτι δὲ πονηρὸν, καὶ σμικρόν τε ἐὸν, καὶ γλίσχρον, καὶ λευκὸν, καὶ ὑπόχλωρον, καὶ λεῖον. Τουτέων δὲ θανατωδέστερα ἂν εἴη τὰ μέλανα, ἢ

3. At verò aquoſum valde, aut album, aut pallidum, aut viride, aut vehementer rufum, aut ſpumoſum ſtercus egerere hæc omnia mala ſunt. Malum inſuper eſt, quod exiguum eſt, & viſcoſum, & album, & ſubpallidum aut ſubviride, & læve. His verò magis lethalia ſunt ſtercora nigra, aut pinguia,

ἢ λιπαρὰ, ἢ πέλια, ἢ ἰώδεα, ἢ κάκοσμα.

guia, aut livida, aut æruginoſa, & malè olentia. Prænot. S. 10.

4. Τὰ δὲ ποικίλα, χρονιώτερα μὲν τουτέων, ὀλέθρια δὲ οὐδὲν ἧσσον.

4. Quæ verò varia ſunt, diuturniora his, nihilo verò minùs pernicioſa. Prænot. S. 10.

5. Οἷσι φωναὶ ἅμα πυρετοῖσιν ἐκλείπουσαι μετὰ κρίσιν, τρομώδεες καὶ κωματώδεες τελευτῶσι.

5. Quibus voces cum febribus deficiunt poſt judicationem, hi trementes & ſoporoſi moriuntur. Præd. S. 12. L. 1.

6. Αἱ μετ' ἐκλύσιος κατόχως ἀφωνίαι, ὀλέθρια.

6. Vocis interceptiones cum exolutione ſtupore detinente, pernicioſæ. Prædict. S. 12. L. 1.

7. Αἱ μετ' ἀφωνίης ἐκστάσιες, ὀλέθριαι.

7. Mentis emotiones cum vocis interceptione, pernicioſæ. Co. S. 12. No. 177.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

35. ΕΝ Κυζίκῳ, γυναικὶ θυγατέρας τεκούσῃ διδύμους, καὶ δυστοκησάσῃ, καὶ οὐ πάνυ καθαρθείσῃ, τὸ μὲν πρῶτον ἐπῆλθε πυρετὸς φρικώδης, ὀξύς· κεφαλῆς, καὶ τραχήλου βάρος, μετ᾽ ὀδύνης. Αγρυπνος δὲ ἐξ ἀρχῆς, σιγῶσα δὲ, καὶ σκυθρωπὴ, καὶ οὐ πειθομένη· οὖρα λεπτὰ, καὶ ἄχροα· διψώδης, ἀσώδης τὸ πουλύ· κοιλίη πεπλανημένως ταραχώδης, καὶ πάλιν ξυνισταμένη. Εκτῃ, ἐς νύκτα πολλὰ παρέλεγεν·

ÆGER DECIMUS QUARTUS.

35. MUlierem in Cyzico, gemellas laborioſè enixam, cùm non admodum partus purgamenta proceſſiſſent, primùm quidem febris corripuit horroris ſenſu inſignis & acuta, capitis & cervicis gravitas non ſine dolore tenuit. Inter exordia inſomniâ vexata eſt, taciturna autem erat, tetrico & ſuperciliosſo vultu, & quæ nullis perſuaſionibus flecti poterat. Urinas tenues & decolores reddidit, ſiti premebatur, ac ut plurimùm ſtomachi faſtidio laborabat, alvus inordinatè quidem & inconſtanter perturbabatur, rurſuſque conſiſtebat. Sexto die, ſub noctem multùm deliravit, ſom-

παρέλεξεν· οὐδὲν ἐκοιμήθη. Περὶ δὲ ἐνδεκάτην ἐοῦσα, ἐξεμάνη, καὶ πάλιν κατενόει· οὖρα μέλανα, λεπτὰ, καὶ πάλιν διαλείποντα, ἐλαιώδεα· καὶ κοιλίη πολλοῖσι, λεπτοῖσι, ταραχώδεσι. Τεσσαρακοστῇ, σπασμοὶ πολλοὶ, ἄκρεα ψυχρά· οὐδὲν ἔτι κατενόει· οὖρα ἐπέστη. Ἕκτη καὶ δεκάτη, ἄφωνος. Ἑπτακαιδεκάτη, ἀπέθανεν.

num non cepit, circaque undecimum vehementer inſaniit, ac rurſus ad intelligentiam rediit. Urinas nigras, tenues, moxque ubi aliquantulùm intermiſiſſent, oleoſas reddidit, & ab alvo multa, tenuia & turbulenta prodiêre. Decimo quarto, convulſionibus multis appetita eſt, extrema erant frigida, neque ampliùs ad mentem rediit. Urinæ reſtiterunt. Decimo ſexto, voce defecta eſt. Decimo ſeptimo, periit.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

UTrum lochiorum retentio ex febre, vel febris ex horum ſuppreſſione exorta ſit, non magni intereſt; utcunque enim res proceſſerat, capitis & colli gravitas laborioſa, deficientibus immaturè lochiis, maximum ægrotæ periculum denunciat, tranſlato ſcilicet ad ſuperiora ſanguine excrementitio. Tales metaſtaſes pernicioſas (1), vel ſaltem periculi plenas eſſe ſæpiùs præmonemur. Quod non ita multò poſt σκυθρωπίη, & vigiliis uberiùs demonſtratur, quippe quæ humoris malignitatem (2), & delirium (quod die ſexto invaſit, & ſeptimo ad inſaniam exarſit) indicaverunt (3). Hiſce verò ſuperincidente urinâ tenui, nigrâ (4), & oleoſâ (5), augeri vim morbi conſentaneum eſt. Non ſuccubuit autem ægrota die decimo quarto, quoniam die judicatorio, viz. undecimo, mutatio quædam in meliùs acciderat (6), ad ſe rediit nempe quæ priùs inſaniverat. Sæpiùs itidem mutatæ ſunt urinæ, tenues, nigræ, & poſtea aliquantulùm oleoſæ. Hæc, & hujuſmodi in dejectionibus inconſtantia morbum ultra decimum quartum diem protraxerunt; at cum decimo quarto nova inſuper mala acceſſerunt; viz. convulſiones (7), extremorum frigus (8), ſuppreſſio urinæ (9), &c. inſtare fatum die proximo judicatorio conſentaneum erat.

ΠΡΟΓ-

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Εἰ δ᾽ ὁρμηθείη γυναικὶ λοχείη κάθαρσις ὡς ἐς κεφαλὴν, θώρηκά τε, καὶ πλεύμονα, γίνεται γὰρ καὶ τοῦτο, θνήσκουσι πολλάκις αὐτίκα, ἢν ἴσχηται.

2. Προσώπου εὐχροίη, καὶ τὸ λίην σκυθρωπὸν, πονηρόν.

3. Κάκιστον δὲ μὴ κοιμᾶσθαι, μήτε τῆς νυκτὸς, μήτε τῆς ἡμέρης. Ἢ γὰρ ὑπὸ τῆς ὀδύνης τε καὶ πόνων ἀγρυπνίη, ἢ παραφροσύνη ἔσται ἀπὸ τουτέου τοῦ σημείου.

4. Θανατωδέστερα δὲ τῶν οὔρων, τάτε δυσώδεα, καὶ μέλανα, καὶ παχέα.

5. Καὶ τὰς λιπαρότητας δὲ τὰς ἄνω ἐφισταμένας, ἀραχνοειδέας, μέμφεσθαι. Ξυντήξιος γὰρ σημεῖα.

6. Καὶ ὅκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ ἢν τὸ σῶμα καταψύχηται,

1. SI verò mulieri, purgatio puerperii ad caput, thoracemque, & pulmonem impetum fecerit, (fit enim & hoc) moriuntur ſæpe ſtatim, ſi illic detineatur. Morb. Mulier. L. 1. S. 69.

2. Faciei bonus color, & vehemens torvitas, malum. Prædict. S. 6. L. 1.

3. Peſſimum verò eſt non dormire, neque noctu, nec interdiu. Vigiliæ enim præ dolore & afflictionibus adſunt, aut delirium aderit ab hoc ſigno. Prænot. S. 9.

4. Lethaliores verò ſunt urinæ fætidæ aquoſæ, & nigræ, & craſſæ. Prænot. S. 11.

5. Sed & pinguetudines ſupernè inſtantes, aranearum telis ſimiles, damnare oportet. Colliquationis enim ſunt ſigna. Prænot. S. 12.

6. Et ubi in toto corpore mutationes, & ſi corpus perfrigeretur,

aut

ψύχηται, ἢ αὖθις θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνηται, μῆκος νούσου σημαίνει.

Τεκμαίρεσθαι δὲ ἐκ τῶν οὔρων τὸ μέλλον ἔσεσθαι. Ἢν μὲν γὰρ παχύτερα καὶ ὠχρότερα ᾖ, βελτίω. Ἢν δὲ λεπτότερα καὶ μελάντερα, πονηρότερα. Ἢν δὲ μεταβολὰς ἔχῃ, χρόνον σημαίνει.

7. Ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ, ἢν χεῖλος, ἢ ὀφρὺς, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ῥὶς διαστραφῇ, ἢν μὴ βλέπῃ, ἢν μὴ ἀκούῃ, ἤδη ἀσθενέος ἐόντος τοῦ σώματος, ὅ τι ἂν τουτέων γένηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος.

8. Ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται, καὶ δίψαν ἔχῃ, θανάσιμον.

9. Αἱ ἐκ καταψύξιος οὔρων ἀπολήψιες, κάκιστον.

aut rurſus calefiat, aut color alius ex alio fiat, morbi longitudinem ſignificat. Aph. S. 4. No. 40.

Conjectare verò ex urinis oportet id quod futurum eſt. Si enim craſſiores & pallidiores fuerint, meliores ſunt. Si verò tenuiores & nigriores, deteriores ſunt. Sin autem mutationem habent, temporis diuturnitatem ſignificat. Vict. Acut. S. 46.

7. In febre non intermittente, ſi labium, aut ſupercilium, aut oculus, aut naſus pervertatur, ſi non videat, ſi non audiat, corpore jam debili exiſtente, quicquid horum fiat, in propinquo mors eſt. Aph. S. 4. No. 49.

8. In febribus non intermittentibus, ſi externa quidem frigida ſint, interna verò urantur & ſitim habeant, lethale. Aph. S. 4. No. 48.

9. Ex perfrigeratione urinam intercipi, peſſimum eſt. Co. S. 1. No. 5.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

36. ΕΝ Θάσῳ, Δεάλκους γυναῖκα, ἣ κατέκειτο ἐπὶ τοῦ Λείου, πυρετὸς φρικώδης, ὀξὺς, ἐκ λύπης ἔλαβεν. Ἐξ ἀρχῆς δὲ περιεστέλλετο· καὶ διὰ τέλεος αἰεὶ σιγῶσα, ἐψηλάφα, ἔτιλλεν, ἔγλυφεν, ἐτριχολόγει· δάκρυα, καὶ πάλιν γέλως· οὐκ ἐκοιμᾶτο. Ἀπὸ κοιλίης ἐρεθισμοὶ, οὐδὲν διήει· μικρὰ ὑπομιμνησκόντων, ἔπινεν· οὖρα λεπτὰ, σμικρά· πυρετοὶ πρὸς χεῖρα λεπτοὶ, ἀκρέων ψύξις. Ἐνάτῃ, πολλὰ παρέλεγε, καὶ πάλιν ἱδρύνθη σιγῶσα. Τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, διὰ χρόνου,

ÆGER DECIMUS QUINTUS.

36. DEalcis uxorem in Thaſo, quæ in Plano decumbebat, febris horroris ſenſu inſignis & acuta ex mœrore prehendit. Ab initio autem pannis contegebatur, & ad finem uſque ſemper taciturna fuit, manibus palpabat, evellebat, ſcalpebat, floccos legebat, lacrymas fundebat: moxque ridebat, ſomnum non capiebat, alvus irritata nihil demittebat, parum nec niſi commonefacta bibebat. Urinæ tenues & paucæ erant, febres ad manus contactum leves apparebant, ſumma corporis frigeſcebant. Nono die, multùm deliravit, ac mox compoſita fuit & taciturna. Decimo quarto, ſpiratio rara, magna, longo tempore tenuit,

χρόνου, καὶ πάλιν βραχύπνοος. Ἑπτακαιδεκάτῃ, ἀπὸ κοιλίης ἐρεθισμοῦ ταραχώδης· ἔπειτα αὐτὰ τὰ ποτὰ διήει, οὐδὲν συνίστατο· ἀναισθήτως εἶχε πάντων· δέρματος περίτασις καρφαλέου. Εἰκοστῇ, λόγοι πολλοὶ, καὶ πάλιν ἱδρύθη· ἄφωνος, βραχύπνοος. Εἰκοστῇ πρώτῃ, ἀπέθανεν. Ην ταύτῃ διὰ τέλεος, πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα· ἀναισθήτως πάντων εἶχεν· αἰεὶ περιεστέλλετο· ἢ λόγοι πολλοὶ, ἢ σιγῶσα διὰ τέλεος.

tenuit, rurſuſque brevis. Decimo ſeptimo, irritatione turbulentâ commota eſt alvus, deinde potus ipſi pertranſibant, neque conſiſtebant, omnium ſenſum perdiderat, cutis erat diſtenta & arida. Vigeſimo, multùm obloquebatur, ac mox compoſita fuit, vox defecit, & brevem ſpiritum trahebat. Primo & vigeſimo, defuncta eſt. Huic perpetuò ad finem uſque ſpiratio rara & magna aderat, nihil omnino ſentiebat, ſemper pannis contegebatur, aut ſermones multos fundebat, aut ferè uſque taciturna erat.

DEMONSTRATIO.

LUctuoſam & planè deſperatam eſſe hanc febrem, docent graviſſima hæc ſymptomata nervoſa, vellicationes ſcilicet & floccorum collectiones (1), quæ à principio uſque ad finem durârunt, ita ut, manentibus illis, reliqua obſervare ferè ſupervacaneum ſit. Indagandum autem reſtat, cur tam diu ſuperfuit ægrota, cui lethales hæ notæ cum extremorum frigore & vigiliis in principio morbi evenerunt; præſertim cùm nullæ excretiones inſignes ſarcinam morboſam vel excutere, vel imminuere ſaltem molitæ ſint? In hiſce plerumque anguſtiis, vel ætas ægroti juvenilis, vel corporis robur refugium eſt. Sed cum nihil quicquam vel de ætate vel viribus ægrotæ literis mandetur, medico incumbit rationem ex deſcriptis phænomenis depromptam inveſtigare. Proinde notandum imprimis eſt, febrem fuiſſe debilem ad manum, nullam corporis jactationem, nullum ſudorem, urinam paucam, & alvum ad decimum ſeptimum diem ſtipatam: Nullos ergo labores, nec excretiones habuit, quæ corporis molem vel vires diſſiparent. In febribus autem non levibus nil minui corpus (2), diuturnitatis ſignum eſt. Forſitan autem regeretur, ægrotantem eo citiùs ſuffocari debuiſſe, quod materiæ morbificæ nil excerneretur. Argumentum quidem irrefragabile, ſi plethora adfuiſſet, vel ſanguis magno impetu per vaſa tumultuaretur; ſed neutrum horum hic obtinuit. Non plethora,

quia

quia ex mœrore febris invaſit; non impetus ſanguinis, quia febris ad manum debilis erat. Conſtat ergo morbum alia præbuiſſe lumina, quibus, ſine ætatis vel virium hypotheſi, diuturnitas febris præviderì potuiſſet; ideòque ceſſat miraculum Galeno, Foeſio, Valeſio, aliiſque commentatoribus ita ſtupendum. Utinam dierum criticorum dignitas tam nullo negotio, quàm morbi diuturnitas, defendi poſſet. Peritiſſimus enim doctrinæ Hippocraticæ Galenus, diem vigeſimum primum, quo noſtra ægrota obiit, è numero criticorum penitus delet, licèt ab Hippocrate, in libro maximè genuino, pro legitimo agnoſcatur (3). At quod ad me attinet, non video cur vigeſimus primus (licèt vigeſimo ſummo critico ſuccedat) minùs judicet, quàm quintus qui quartum, vel decimus quintus qui decimum quartum ſequitur, quos (viz. quintum & decimum quintum) Galenus, & omnes doctrinæ Hippocraticæ cultores pro veris criticis recipiunt, licèt quarto & decimo quarto potentiâ minores ſint.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΠΕρὶ δὲ χειρῶν φορῆς τάδε χρὴ γινώσκειν. Ὁκόσοισιν ἐν πυρετοῖσιν ὀξέσιν, ἢ περιπλευμονίῃσιν, ἢ φρενίτισιν, ἢ κεφαλαλγίῃσι,

1. AT de manuum lationibus ſic ſentio. Quæ in febribus acutis, aut peripneumoniis, aut in phrenitide, aut capitis dolore,

σι, περὶ τοῦ προσώπου φερομένας, καὶ μυίας θηρευούσας διὰ κενῆς, καὶ ἀποκαρφολογούσας, καὶ κροκίδας ἀπὸ τῶν ἱματίων ἀποτιλλούσας, καὶ ἀπὸ τοῦ τοίχου ἄχυρα ἀποσπώσας, πάσας εἶναι κακὰς καὶ θανατώδεας.

lore, ante faciem feruntur, & fruſtra venantur, & feſtucas legunt, & floccos de veſtibus evellunt, & de pariete paleas detrahunt, eas omnes malas eſſe & lethales. Prænot. S. 4.

2. Τῶν πυρεσσόντων μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως, τὸ διαμένειν καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τὸ σῶμα, ἢ καὶ συντήκεσθαι μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον, μοχθηρόν. Τὸ μὲν γὰρ μῆκος νούσου σημαίνει, τὸ δὲ ἀσθένειαν.

2. Febricitantium non omnino leviter, permanere & nihil remittere corpus, aut etiam magis quàm pro ratione colliquefieri, malum eſt. Illud enim morbi longitudinem, hoc verò infirmitatem indicat. Aph. S. 2. No. 28.

3. Τῶν δὲ ἐν περισσῇσι κρινόντων περιόδων, α, γ, ε, ζ, θ, ια, ιζ, κα, κζ, λα.

3. Ex circuitibus in imparibus diebus judicantibus, 1, 3, 5, 7, 9, 11, 17, 21, 27, 31. M. Pop. P. 672.

ΑΡΡΩΣΤΟΣ

ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΚΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

37. ΕΝ Μελιβοίῃ, νεηνίσκος, ἐκ πότων καὶ ἀφροδισίων πολλῶν πουλὺν χρόνον θερμανθεὶς, κατεκλίθη· φρικώδης δὲ καὶ ἀσώδης ἦν, ἄγρυπνος, καὶ ἄδιψος. Ἀπὸ δὲ κοιλίης, τῇ πρώτῃ, πολλὰ κόπρανα διῆλθε, σὺν περιῤῥόῳ πολλῷ· καὶ τὰς ἐπομένας, ὑδατόχολα πολλὰ διῄει. Οὖρα λεπτὰ, ὀλίγα, ἄχροα· πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, διὰ χρόνου· ὑποχονδρίου ἔντασις ὑπολάπαρος, παραμήκης ἐξ ἀμφοτέρων· καρδίης παλμὸς, διὰ τέλεος ξυνεχής· οὔρησεν ἐλαιῶδες· παρέκρουσεν ἀτρεμέως, κόσμιός τε, καὶ ἥσυχος· δέρμα καρφαλέον, καὶ περιτεταμένον·

ÆGER DECIMUS SEXTUS.

37. MEliboeæ, adoleſcens quidam, ex comeſſationibus, liberaliore potu ac venere, longo tempore incaluit & decubuit. Horrorem autem ſentiebat & æſtuabundus erat, pervigil, neque ſiti premebatur. Alvus primo die, ſtercora multa demiſit cum magno humorum affluxu, proximiſque diebus aquæ ſimilia plurima prodiêre. Urinas reddidit tenues, paucas, decolores. Spiratio erat rara, magna, ex longis intervallis. Præcordiorum contenſio ſubmollis aderat, utrinque promiſſa, perpetua & continens cordis palpitatio, urinam minxit oleoſam. Decimo, paulatim mente motus eſt, compoſituſque erat & taciturnus, cutis reſiccata

ταμένον· Διαχωρήματα πολλὰ, καὶ λεπτὰ, ἢ χολώδεα, λιπαρά. Τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, πάντα παρωξύνθη· παρεκρούσθη, πολλὰ παρέλεγεν. Εἰκοστῇ, ἐξεμάνη· βληστρισμός· οὐδὲν οὔρει· μικρὰ ποτὰ κατείχετο. Τῇ εἰκοστῇ τετάρτῃ, ἀπέθανε. *

reſiccata & diſtenta, alvi recrementa vel multa & tenuia, vel bilioſa & pinguia. Decimo quarto, exaſperata ſunt omnia, mente motus eſt, valde deliravit. Vigeſimo, vehementer inſanivit, corporis incontinentia & jactatio aderat, nihil minxit, potionem vix continebat. Quarto & vigeſimo, periit.

---

* Hos *ſedecim* ægrotos, non morbis iis, qui in *ſtatu Peſtilentiali* ſuprà enarrati ſunt, ſed plurimùm diverſis laboràſſe ſcribit *Galenus*. In quo certè fallitur: quippe omnes, ne excepto quidem *Pleuritico* cap. 29. *Febre ardente*, aut *Phrenitide* correpti ſunt; quod utrumque morbi genus *Hippocrates* cap. 15, 16, 17. verbis diſertiſſimis explicuit.

Id etiam obiter notandum, multos eoſque haud ſanè ineruditos homines in eâ fuiſſe opinione, quòd hâc *ſecundâ ſectione* non modò *Peſtilentiam* propriè dictam, ſed illam etiam ipſam, quæ eâ ætate *Athenas* pervaſit, deſcribendam ſuſceperit *Hippocrates*. Quos in hanc fortè ſententiam induxit *Titulus* ille, quem hæc præ ſe fert, ab *Hippocrate* deſcripta, *Conſtitutio*. Sed quanto ii in errore verſentur, cùm aliàs, tum hinc maximè percipi poteſt, ſiquis cum *Thucydide*, qui *Peſtem Athenienſem* literis mandavit, hunc *Hippocratis* locum contulerit: nam, utriſque perlectis, quod quidem ad morbi ſpeciem pertineat, nihil quicquam inter eos commune eſſe videbit. Imò facilè ſentiet, *Peſtis* illius Hiſtoriam ita parum eſſe ab *Hippocrate* pertractatam, ut is nullâ quidem de *Peſte* his in libris ſermonem habuerit.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

VITÆ libidinoſæ & diſſolutæ terminum, potiùs quàm naturâ aëris epidemicâ exortam febrem Hippocrates recenſet. Diu quippe ante febris inſultum hecticus decubuit, febris autem non ante horrorem invaſit, à quo tempore omnia in exitium ruunt. Alvus excretiones non judicantes (1), copioſas, confeſtim demiſit (2); nec minùs veſicæ, quàm alvi, aquoſæ cruditates humorum pravitatem propalant (3). Vigiliæ (4), & ſpiratio rara delirium præ ſe ferunt (5); idque peſſimæ quidem notæ, quod taciturnitati conjunctum fuerat (6). Auctis denique die decimo quarto iiſdem judicatoriis non judicantibus cum delirio ingraveſcenti, in præcipiti eſſe ægrotum, nemini non clarum eſt. Ex recenſitis autem ſymptomatis non patet, cur decem adhuc dies, atrocibus adeò malis circundatus, adoleſcens vim morbi ſuſtinuit. Hoc verò forſan non minus liquido conſtaret, ſi ſpecifica cujuſlibet diei ſymptomata deſcripta fuiſſent; quòd non factum tam hic loci, quàm aliàs, ſæpiùs dolui. Nihil enim pulchrius, nil jucundius in medicinâ conſpiciendum eſſet, quàm motus naturæ & morborum tam accuratè delineati, ut utriuſque vim & eventum longè ante peractum curſum (infallibiliter penè dixeram) diſcernere licuiſſet.

ΠΡΟΓ-

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα, τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα.

2. Τὰ δὲ κρίνοντα ἐπὶ τὸ βέλτιον, μὴ αὐτίκα ἐπιφαινέσθω.

3. Θανατωδέστερα δὲ τῶν οὔρων—καὶ ὑδατώδεα.

4. Κάκιστον δὲ μὴ κοιμᾶσθαι, μήτε τῆς νυκτὸς, μήτε τῆς ἡμέρης. Ἢ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης τε καὶ πόνων ἀγρυπνίη, ἢ παραφροσύνη ἔσται ἀπὸ τουτέου τοῦ σημείου.

5. Πνεῦμα—μέγα δὲ ἀναπνεόμενον, καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου, παραφροσύνην δηλοῖ.

6. Αἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐκστάσιες σιγῶσαι μὴ ἀφώνῳ, ὀλέθρια.

ΤΕΛΟΣ.

1. Judicatoria non judicantia, partim lethalia, partim difficilis judicii. M.Pop. P.686. No.35.

2. Quæ verò ad melius judicant, non ſtatim apparere debent. M. Pop. P.686.

3. Ex urinis lethaliores ſunt--aquoſæ. Prænot. S. 11.

4. Peſſimum verò eſt non dormire, neque noctu, neque die. Aut enim præ dolore ac afflictionibus vigiliæ adſunt, aut delirium aderit ab hoc ſigno. Prænot. S. 9.

5. Spiritus --- magnus qui expiratur, & per multum temporis intervallum, delirium indicat. Præn. S. 4.

6. In febribus mentis emotiones cum taciturnitate in eo qui voce privatus non eſt, perniciosæ. Co. S. 1. No. 96.

FINIS.

ERRATA.

PRæfat. pag. xiii. lin. 19. pro proximi, lege proximè.

Pag. Lin.

15. 6. p. noxiam, l. noxam.
16. 4. p. noxiam, l. noxam.
17. 12. p. ſucceſſus, l. ſeceſſus.
25. 8. p. Heraclide, l. Heraclidi.
33. 15. p. πυρέτυσιν, l. πυρέττυσιν.
64. 11. p. Ογδίη, l. Ογδόη.
106. 25. p. reliquentes, l. relinquentes.
107. 3. p. σημείοισι, νως, l. σημείοισιν, ὡς.
115. 25. p. bilioſorum, l. bilioſum.
121. 27. p. morituro, l. morituræ.
123. 21. p. προδόκιμος, l. προσδόκιμος.
124. 28. p. δ' εκρίνοντα, l. δὲ κρίνοντα.
137. 19. p. novo, l. nova.
140. 21. }
144. 11. } p. ἐῤῥομένοι, l. ἐῤῥώμεναι.
141. 4, 5. p. Hη, l. Hν. p. προγένεται, l. προσγένηται.
183. 18. p. ἦν μὲν, l. ἦν μὴ.
187. 1, 2. p. naturâ, diſcordiâ, l. natura, diſcordia.
225. 12. p. circa febres, l. ſine febribus.
227. 13. p. κωμᾶσθαι, l. κοιμᾶσθαι.
232. 7. p. dimovit, l. dimovet.
233. 12. p. exercitatio, l. exercitato.
238. 10. p. νεωθρευμένοισι, l. νενωθρευμένοισιν.
239. 6. p. μαὶ, l. καὶ.
244. 2. p. præcedens. l. præcedentis.
246. 22. p. urina concocta, l. morbus concoctus.
252. 10. p. refrigerebantur, l. refrigerabantur.
256. 20. p. exolutiones, l. exolutionis.
260. 15. p. fæmoris, l. femoris.
308. 5. p. τεσσαρακοστῇ, l. τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.

N. B. Aliquando, perraro tamen, ω pro ο, η pro ε, χ pro κ, & vice verſa occurrent, errata hæc lector eruditus & candidus corrigere, & typographo ignoſcere dignabitur.

De ortu et occasu q.

A Vergiliarum occasu ad hyemale Solsticium idest a die XII Novembris ad Decembris finem IL dies sunt

Ab hyem. Solst. ad Vernale Æquinoct. dies LXXXIV id est a 30 Januarii ad Martii XXV.

~~Ab hyem.~~ A Vernali Æquinoct ad Vergil. ortum dies IL (49) id est a Martii XXV. ad Maii XIII.

A Vergiliarum exortu ad Æstiv. Solstic. dies XLII. idest a Maii XIII. ad Junii XXIV.

Ab æstivo Solsticio ad Æquinoct. Autumnale dies XCIII. idest a Junii XXIV ad Septembr. XXV.

Ab Autumnali æquinoctio ad Vergil occas dies ~~XLIII~~ IIL idest a Septemb. XXV ad Novemb. XII.

Hippoc. de hominis Structura

Anni Tempora quatuor, Ver Æstas. Autumnus hyems

Ver calidum et humidum sanguinem auget

Æstas calida et sicca, ideo flavam bilem auget

Autumnus siccus et frigidus, ideo atram bilem et saniem auget. Saniesquidem sanguinea et aquosa est

hyems vero pituitam in corpore auget.

Hipp. ibid.

7

B.P.L. Bindery,
OCT 26 1897